


Donec eciam ipsi ipsum assumpserit ut complures timor alias ecclesie unitate et reconciliacionis graciam receperint necnon super premissis
debitam ac plenariam satisfaccionem impenderint cum effectu. Et si prefati denunciati aggravati et reaggravati per alios decem
dies dictos decem dies immediate sequentes et postquam constiterit huiusmodi reaggravacionem ad ipsorum noticiam pervenisse pertinaciter
mentes suas sustinuerint prehabenda durecia imitando aspidem surdam aures suas obturantem ne voces
audiat incantantis, Nos extunc prout extunc lapsis terminis antedictis dictam civitatem Cracoviensem ac omnes et singulas civitates
terras opida castra villas suburbia et quorumcumque ecclesiarum collegia aut parochias ac alia loca quecumque in et
sub quibus dictos denunciatos aggravatos vel aliquem eorundem morari et ad quas seu que ipsos seu eorum alterum declinare
contigerit quamdiu ibidem fuerint seu aliquis eorum fuerit in hiis scriptis ecclesiastico supponimus interdicto mandamus eciam nostris
subdelegatis modo et forma premissis ac sub penis et censuris antedictis quatenus extunc quam primum dicti denunciati ag-
gravati et reaggravati aut eorum aliquis in locis predictis fuerint cessent et ab aliis cessari faciant a divinis a divinis
quamdiu cessacionem per tres dies continuos post ipsorum denunciatorum aggravatorum ac reaggravatorum vel alterius eorundem
recessum observent et ab aliis observari faciant ita et taliter quod huiusmodi stante interdicto sentencia ecclesiastica in
et sub eisdem locis sub quibus dicti denunciati aggravati et reaggravati fuerint seu aliquis eorum fuerit nisi parvulorum
et baptismi sacramentum ministretur eucaristia infirmis tamen et matrimonia sine ecclesiastica solempnitate contrahantur in eisdem
et sub eisdem locis defunctorum ecclesiastica denegetur sepultura. Preterea si prenominati denunciati aggravati reaggravati
et interdicti infra alios decem dies predictos triginta dies immediate sequentes ipsi salubribus monitis et preceptis mandatis
et monicionibus nostris huiusmodi ymmo verius dicte sancte synodi non paruerint realiter et cum effectu quod deus avertat, Nos attendentes
quod mucrone non proficiat ecclesiastico temporalis gladius non inveniente suffragatur auxilium brachii secularis duximus
merito invocandum, ut quos timor dei a malo non revocat temporalis saltem coherceat severitas discipline. Hinc est
quod vos illustrissimum et serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum regem antedictum dicti gladii potestatem fabricatorem
et iusticie zelatorem in domino exhortamur. Vos quoque dominos duces comites palatinos capitaneos ac gubernatores
necnon comites barones milites militares iusticiarios iudices ac alias personas temporales antedictos tenore
presencium dicta auctoritate requirimus et monemus primo secundo tercio et peremptorie vobis quoque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte
obediencie et sub dicta excommunicacionis pena quam in vos et vestrum quemlibet canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis
nisi feceritis ea que vobis in hac parte committimus et mandamus districte precipientes mandamus. Quatenus infra sex dierum
spacium post lapsum dictorum xl dierum et postquam prefate littere dicte synodi et presentes nostri processus vobis aut vestrum alteri
in vestris territoriis iurisdiccionibus et districtibus fuerint publicate immediate sequencium quorum sex dierum duos pro primo
duos pro secundo et reliquos duos dies vobis et vestrum cuilibet pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica et omni dilacione
assignamus vos omnes et singule persone temporales et quilibet vestrum quociens opus fuerit super hoc brachii secularis auxilium vocati
convocati et quando pro parte dicti domini Nicolai super hoc vigore presencium fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus
in nostrum subsidium contra prefatos denunciatos aggravatos reaggravatos et interdictos dicta auctoritate ymmo sancte synodi
per capcionem invasionem incarceracionem et detencionem corporum rerum et bonorum dictorum denunciatorum aggravatorum reaggra-
vatorum et interdictorum insurgatis et ab aliis insurgere faciatis necnon corpora res et bona eorum et cuiuslibet ipsorum
invadatis incarceretis capiatis arrestetis occupetis et in custodia firma teneatis super quibus omnibus et singulis vobis
et vestrum cuilibet auctoritate qua fungimur plenariam licenciam et potestatem concedimus per presentes. Ipsosque denunciatos aggravatos
reaggravatos et interdictos ita et taliter astringatis et compellatis potenter et manu forti absque tamen lesione corporum
eorum aut alterius eorundem usque ad integram satisfaccionem omnium et singulorum premissorum dicto domino Nicolao vel procuratori
suo pro eo impendendam ac donec et quousque iidem denunciati aggravati reaggravati et interdicti possessionem dicti decanatus
Cracoviensis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis liberam vacuam et expeditam eidem domino Nicolao vel dicto procuratori pro eo dimiserint
ac de fructibus perceptis et percipiendis summa antedicta apud dominum Nicolaum seu eius procuratorem sepedictum satisfecerint et a predictis
contradiccione et rebellione destiterint et ad gremium sancte matris ecclesie redierint beneficium quoque absolucionis a sentenciis
predictis meruerint obtinere aut aliud a nobis vel superiori nostro de super receperitis in mandatis. Quod si forte vos illustrissime
et serenissime domine Rex executor iusticie presentibus nostris processibus et mandatis ymmo verius huiusmodi ymmo sancte synodi Basiliensis
transgressor contradictor vel neglector fueritis quod tamen vestre serenitati perfulgide cum deus per totum divulgate obediencia suppetat
non sunt formidabilia eciam infra indices sentencias offenderetis ac premissam solis vobis pro execucione huiusmodi iusticie a deo
patrum insignis amitteretis. Et licet vos huiusmodi nostris sentenciis nolumus sic ligari vobis ob reverenciam vestre serenitatis
non invenientes defensores intuitu tamen iusticie et ob dicte sancte synodi reverenciam vestram serenitatem ad prefata execucionem
efficaciter adimplendum prout ad eandem pertinet in domino exhortamur. Per processum autem huiusmodi nolumus collegis nostris in
aliquo preiudicium facere quominus ipsi vel alter eorum servata presenti nostro processu possint aut possit in premissis procedere prout
ipsis visum fuerit expedire. Et generaliter omnia alia ac singula nobis in hac parte commissa dictis nostris subdelegatis plenarie
committimus in tradita seu directa huiusmodi formam et firmam nostri processus continenciam et tenorem. Volumus quod iidem subdelegati
nostri in preiudicium dicti domini Nicolai predictis nichil valeant attemptare circa in processibus per nos habitis et habendis per nos latis vel ferendis
ut vel suspendendo aliquid innovare. Et si contingat nos in premissis sermone in aliquo procedere non intendimus propterea commissionem
nostram in aliquo revocare nisi de revocacione ipsa specialem et expressam fecerimus mencionem. Processum autem nostrum huiusmodi volumus
penes dictum Nicolaum predictum vel procuratorem suum remanere et non per vos aut aliquem vestrum contra eorum voluntatem quomodolibet
detineri. Contrarium vero facientes prefatis nostris sentenciis ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri vobis et aliis
quorum interest de premissis si eam pecieritis ac eam habere volueritis petentium quidem sumptibus et expensis. Absolucionem vero omnium et singulorum
qui prefatas nostras sentencias aut earum aliquam incurrerint seu incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostros processus continentes
in se continens sive continentes exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus
appensione communiri. Datum et Actum Basilee in domibus nostre solite residencie Sub Anno a nativitate domini MCCCCXXXVI. Indiccione XIIII die vero
ultima septembris mensis Septembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providencia pape quarti Anno sexto
presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Hugone Veterbi(?) et Gerardo de Apflingen(?) clericis Lugdunensis diocesis et Traiectensis
diocesis testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Johannes Andree de Mosthin(?) clericus Poznaniensis
diocesis publicus imperiali auctoritate notarius Quia predictarum litterarum sacrosancte synodi presentacioni et recepcioni littere execucionis peticioni
et decreto omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur coram prefato domino preposito domino Johanne commissario dum Pizaniensi(?)
[illegible] agerentur et fierent una cum dictis testibus presens interfui Ideoque presentes litteras sive hoc presens publicum instrumentum manu alterius
scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum sigilli prefati domini prepositi domini Pizaniensis executoris appensione
signavi rogatus et requisitus.

N. Inn.
1304.

& ferens

Hic liber excerptus ex pluribus est vocitatus
Recte floretus quia flos est inde receptus
Hos igitur flores si carpseris ut rosa flores
Non tamen ad plenum / latitat cum flore venenum /
Tunc quando doctor evangelium recitatur

Protestor

Floretus
Theologi 9

[Pr]epositus Gneznen[sis] Cracovien[sis] et Canonicus Wratislavien[sis] Ecclesiarum Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentes [et futuros]
[hono]rabiles Domini Johannes de Czhangin pallatinus Cracoviensis, et Mathias Magister Mathias de Slupza ipsius protanus ab una Et
[a]dverso patroni collatores presentatores et presentati ecclesie parrochialis in Moraliyza dioc. Cracoviensis partibus ab alia pro suis
[...] pro nobilibus Spytkone de Moraliyza Stone Nicolao de Allexandrowiza et Nicolao fratre de Mnyskolo heredibus
[...] et Johanne de Balyze et quilibet eorum tamen quod predicti Domini Absentes compromissum habuerint et quilibet eorum habebit et tenebit
[...]onem et formam inferius contentam de manu eorum consensu et voluntate matura quoque deliberacione eorum prehabita cupientes quoque fienda
[...] Omnimode quod huiusmodi lites et discordias que inter ipsos de et super Iurepatronatus et presentandi dicte Ecclesie parrochialis in Mora[liyza]
[...] et que sperabantur oriri et augmentari Considerantes quod lites sine discordie incepte non sine gravibus expensis dampnis
[...] ac dispendiis dicti Domini non compulsi nec coacti neque aliquo dolo seducti, sed sponte ac libere Omnibus melioribus modo via
[...] et coarbitros ac assessores nostros infrascriptos videlicet Venerabiles et egregios viros Dominos Johannem Dlugossy de Nyedzelsko
[...] Brzostkowo decretorum doctores, et Magistrum Paulum de Klobuczko Canonicum Sancti Floriani in Cleparz extra muros Crac[ovienses]
[...] tres arbitratores et amicabiles compositores dantes et concedentes predicte partes et earum quelibet eciam et dicti nobis et
[...]am plenariam autem de et super omnibus et singulis discordiis et differenciis inter ipsas partes sic ut quolibet exortis
[...] strepitu et figura Iudicii procedendi ordinandi componendi arbitrandi Sentenciandi diffiniendi et pronunciandi in scripto vel non
[...] solenni quam in manus notarii nostri publici infrascripti fecerunt et quilibet eorum fecit, se ratum gratum atque firmum pretum
[...] amicabiles compositores, diffinieremus pronunciaverimus ordinaverimus Sentenciaverimus arbitrati fuerimus et laudaverimus in
[...] vel alias quovismodo contradicere seu contravenire dicere ut induere tacite vel expresse aut ullo adhoc quesito colore seu ingenio
[...] harum medietas nobis et prefatis coarbitris et Assessoribus nostris altera vero medietas parti tenenti per partem non tenentem
[...]gnoverit aliqua dictarum parcium non tenuerit vel tenere renuerit Sentenciam huiusmodi infrascriptam Illa in pena commissa vel
[...]o permaneat robore et permanere debent in sua firmitate Ad que omnia supradicta prefati Domini Johannes pallatinus
[...] Moraliyza exclusis tamen sine compromissis ipsis adherentibus partibus ab altera se sponte et libere submiserunt Nos
[...] prepositus et Canonicus Wratislaviensis Gregorius de Myslolyze Ad decretorum doctor Arthusius leopoliensis Johannes
[...] decretorum doctor et Magister Paulus de Klobuczko Canonicus Sancti Floriani in Cleparz extra muros Cracovienses
[...] commisse in premissis et eorum singulis Iuribus literis munimentis Allegacionibus et Responsionibus ex utraque parte factis
[...] Iurispatronatus et presentandi ecclesie predicte in Moraliyza et aliis in predicto Compromisso contentis dare finem et inter
[...] nobis vices coarbitris attributam precibus predictarum inclinati parcium huiusmodi arbitrium et amicabilem composicionem ac laud[um]
[...]su et voluntate dictorum nostrorum coarbitrorum in hunc qui sequitur modum Christi nomine invocato
[...] decretorum doctor Arthusius leopoliensis Johannes Dlugossy de Nyedzelsko Custos Wyslicensis Magister Martinus
[...] extra muros Cracovienses arbitri arbitratores et amicabiles compositores In causa Iurispatronatus Ecclesie
[...] de Orhadek eiusdem parte ultimi et immediati possessoris inter partes videlicet Magnificos Nobiles et Honestos
[...] de Allexandrowicze Nicolaum Mnicz de Mnyskolo et Magistrum Mathiam de Slupza ipsorum pro
[...]ceam et Johannem de Balyze heredes et Nicolaum Czapla de Spatholo magna ipsorum alium protanum
[...] in hiisscriptis decernimus supradictos omnes et singulos veros et legitimos fore et esse ex utraque parte eiusdem ecclesie
[...] ordinario ad eandem ecclesiam et pomi secundum ordinem in prioritate provisionis Presentacionum ipsas quoque Nicolao
[...]bat se habere Omnes quoque controversias eorum lites quas processus aliquibus Iudicialibus vel per quoscunque
[...]spacii cassamus irritamus annullamus casse quoque seu cassos et cassa irritas seu irritos et irrita ac nullos nullas
Magnifici Johannes Czhangin pallatinus Cracoviensis et Nicolaus de [...]

Jhesu xpisto domino nostro pa-
storum principe pascuis pa-
bulo pascente / apostolis ce-
terisque sequacibus fra-
gmenta ne pereant colligere pre-
cipiente / imbecilles qui-
dem scriptores tamen salu-
taribus sbacti mirum
dicta instituciones sit for-
ti vi cophinorum micas
fragmentorum collectum ire non desistunt /
Et assiduo sine fallacia / quia messis quidem
sit multa / operarii autem pauci / veraces
libri multiplicati sed religiosi privati in
caritati / in collegiis contaminati. Ac
qui cum disputate scolastica minime dif-
fusi ita ut pauperes studentes terre-
na non ambientes sed celestia desideran-
tes / tamen propter penuriam pecunie libros
emendi impediti / tamen propter observancias docto-
rum simias fatigati / officium predicandi
aggredi metuunt / dicti imbecilles an-
tris et claustris non dispositi ridato-
ribus ingralibus non ornati sed religione
extenti / istam similem compilacionem
domesticam per fidei domesticis ex micis
eorum doctorum qui floruerunt velut
ruth colligendo spicas post homines publi-
cum de gratia conglutinati sunt compilasse.
Et cum prophetis dicat sapientia / flores mei
fructus honoris et honestatis / tamquam
pueri flores in prato scripture colligentes
antes suam compilacionem cum dei et super-
iorum venia precibus floretum de-
creuerunt nominari / Quam quidem compi-
lacionem in titulos secundum ordinem alpha-
beti titulorum atque plurimos in litteris
divisos in libras explicarunt. Nomina
vero ebrayca ibidem atque greca cum
suis interpretacionibus vocabula titulorum mix-
tim parantes ut subsequitur contabula-
runt / rogantes omnes viros quoslibet
ad complecionem operum illuminandam / ca-
tholice quoque ecclesie utilitatem / istam com-
pilacionem efficaciter digneretur promovere /
et feliciter suffragante presentes atque singu-
los lectores presentis luminis a deo fru-
ctuose contradicentes / intencionem piam pro-
dantes considere / cum timore piet et ho-
re ihesu xpisti domini nostri Amen. Littera a

Absolucio. Dominus noster ihesus
xpistus dixit petro ut patet math.
xvj° Tu es petrus et super hanc pe-
tram quam confessus es / super hanc
petram quam cognovisti dicens Tu
es xpistus filius dei vivi / edificabo ecclesi-
am meam / id est super meipsum filium dei vivi e-
dificabo ecclesiam meam. Super me edifica-
bo te non me super te. Nam volentes
homines edificari super homines dicebant
Ego sum pauli / ego sum appollo / ego
vero cephe / ipse est petrus / et alii volen-
tes edificare super petrum sed super petram
dicebant ego sum xpisti. Augustinus de verbis
domini sermone xiij. Idem in eodem sermone /
Consideremus inquit videte petrum qui tunc
noster erat figura / modo fidit modo
titubat / modo immortalem confitetur / mo-
do timet ne moriatur. proinde quia ecclesia xpisti
habet firmos et infirmos / nec sine firmis potest
esse nec sine infirmis / hec ille. Item / ergo
omnibus sanctis ad xpisti corpus inseparabiliter pertinentibus
propter huius vite procellosissime gubernaculum
ad liganda et solvenda peccata claves reg-
ni celorum primus apostolorum petrus accepit. eo-
dem quoque omnibus sanctis propter vite illius se-
cretissime quietissimum sinum super pectus xpisti
iohannes evangelista discubuit. quia nec iste so-
lus sed universa ecclesia ligat solvit quod pre-
tacta. hec augustinus super iohannem omelia finali.
Item eadem omelia finali / xpistus in-
quit docuit dicens Dimitte nobis debita
nostra etc. hoc agit ecclesia spe beata in hac
vita erumpnosa / cuius ecclesie petrus apostolus
propter apostolatus sui primatum gerebat figura-
ta generalitate personam / quod enim ad ipsum
pertinet / natura homo unus erat / gracia
unus xpistianus / abundanciori gracia unus idem-
que apostolus primus. Sed quando ei dictum est
tibi dabo claves regni celorum / et quodcumque
ligaveris etc. universam significabat
ecclesiam que in hoc seculo diversis temptacionibus velud
ymbribus fluminibus et tempestatibus quatitur
et non cadit / quoniam fundata est super petram unde
petrus nomen accepit. Non enim a petro pe-
tra sed petrus a petra / sicut non xpistus a xpisti-
ano sed xpistianus a xpisto vocatur. Ideo quippe
ait dominus Super hanc petram edificabo ec-
clesiam meam / quia dixit petrus Tu es
xpistus filius dei vivi / super hanc inquit
petram quam confessus es edificabo ecclesiam
meam. Petra enim erat xpistus / super quod
fundamentum etiam ipse edificatus est petrus.
Fundamentum quippe aliud nemo potest po-

ne pt id quod positum e quod e xpe
ihus Grad yo q fundat in xpo cla-
ues ab eo regni celoz accepit in petro
potestatem soluendi ligandi qz petra qd
e p pfectatez in xpo ecclia · hic e p sign
ens petrus p in petra h augs d
ctum xpus sapiens e vir q edificauit
domum suaz · ecclaz sup petraz · i for
titudinem fidei Nam fortitudo fidei d
petra pp quaz symon dictus e Nez
no ipm dicit Tu es petrus · et sup hanc
petram edificabo ecclaz meaz et por
te inferi no prevalebunt aduersus eaz Cri
sostomus omelia xx opis imperfecti sup
hunc textum Similabo eu viro sapie
ti q edificauit &c Mth vij lra ij

Ad idem sicut interrogatus qualit
in omnibus petrus rndit unus p
omnibus ita cu petro dns rndit Quz
et quodcuqz ligaueris sup terraz &c q
soluendi et ligandi ptas quamuis soli
petro videat a dno · absqz ulla tn
dubitatione noscendum e quia etiam
aplis dat ipo teste q post passionem
resurrectus est pie triumphu apparens
eis insufflauit et dixit omnibus accipi
te spm scm quoz remiseritis peta r
mittunt eis · et quoz retinueritis retenta
sunt · necnon etiaz nunc in epis et p
sbiteris omni ecclie officiu idem comitti
ut videlz agnitis peccatoru causis quosin
qz humiles ac penitentes aspexit hos
iam a timore perpetue mortis miserans
absoluat quos vo in petis q egerit
psiste cognouit illos perhenibus sup
pliciis obligandos insinuet Unde alibi
dns de correpto semel iteru a tribus
si no penitente ferre precept dns Si
aute ecclaz no audierit · sit t sic eth
nicus et publicanus Et ne leuius cui
quam putaret ecclie iudicio condenari mox
terribil adiunxit Amen dico vobis quecuqz
alligaueritis sup terram erit ligatum et
in celo Dum q electoz ecclie aliq mo
dum culparum vl pene ligandi ac
soluendi dat auctoritas &c Quz ideo
tamen petrus q xpm vera fide confes
sus · vero e amore secutus specialiter
claues regni celoz et principatum ecclie
accepit · indicat pastoris vt omes per
orbem credentes intelligant qz quicuqz
ab unitate fidei vl societatis illius

quolz modo semetipos segregat tales
nec vinculis petoz absolui nec ianuaz
possint regni celestis ingredi H Beda
sup textu venit ihs in ptes &c lra iij

Ad soluendi sit reprehensibilis qui
alium ligat vl soluit vt me
mor digmis ligare vl soluere in te
rei q potuit credentibus portas obstrui
inferioz qui primo dat claues regni ce
loz Omnes enim spes virtutu iam ipsius
cepit opus qua ipa se adapit ante
eum dominus vz eaz apiente p gratiaz
suam · vt memorat eadem virtus et porta
ee et clauis porte · forsitan aut et
magis virtus e porta vl clauis regni
celoz quod tenuit b Thomas de
aquino Quia enim ligandi ac soluendi po
testate se prauat q hanc p suis vo
luntatibus et no subditoz moribus exer
cet quos spiritus deum p conuinas gratiam vi
sitat illos pastoris sua absoluat
tunc vera e absolutio psidentis cu et
interni sequitur arbitrium iudicis quod bn
quadriduani mortui resuscitatio ia
significat q vz demonstrat · qz prius do
minus mortuum suscitauit et viuificauit di
cens lazare veni foras Postmodu
vo q viuus fuerat egressus a discipuli
solutus e sic scriptum Cumqz egres
sus esset q fuerat ligatus institis tunc
dixit ihus discipulis prius Soluite eum
et sinite abire Ecce iam discipuli iam
viuentem soluunt quem magr iam susci
tauit mortuu · si enim discipuli laza
rum mortuum soluerent · fetorem magis
ostenderent quam virtute · ex qua con
sideracion intuendum e qz illos debemus per
pastoralem absoluere auctoritatem · quos
auctorem nrum cognouimus p suscitante
gratiam viuificare H greg xxvj omelia

Ad idem claues regni lra iiija
ipsum distribuendi seu eam pote
statem qz nominat qua dignos reci
pere in regnum celoz et indignos secludere
debent a regno celoz necnon etiam
H Phi· Omnia dis xviija nota no
Sequitur qz quia sacerdotes sepe inno
centes ligant · q apud deum no liga
tur · et in reatu permanent absoluunt
q apud deum ligati permanent H domi
sua sic intelligenda e Ars dicit
latitudinem ptatem in ligando et soluendo

petri Thuo vt quicquid a vobis ligare me
rui apud me solutum esse non possum et que
quis a vobis solui meruit ideo apud me
ligatum non sit. Haec in glossa super isto textu
Quorum remiseritis peccata etc. Dixit enim
dominus quadruplex solutio super terram sol
ue etc. Luce xviii. Hic est ergo quod
et omnes celestis milicie ordines et omnes
sancti in gloria mea laudant volunt et
confirmant quos ligatis et soluitis non
dixit quos vos putatis ligare et solue
re in quos exercetis opus iusticie ac miseri
cordie si non recognoscio. Et non approbo quod
quere enim confiteri vult peccata sua vt me
reatur graciam querat sacerdotem scientem ligare
et soluere ne cum negligens circa se extitit
negligatur ab illo qui eum misericorditer moneret
et petit ne ambo in foueam cadant quam
stultus euitare noluit. Haec Augustinus libro de
vera et falsa penitentia. Cris(ostomus) opere imperfecto omelia xliii. lv.
Assit enim dominus et tamquam clauem
tenens per sacramentum clausum
aperit. Haec Augustinus de verbis domini sermone xxx
iiii in fine. Quoniam que res celorum maiorum
peccatis donatarum confessio est inito pietatem
ipsi collatus clauibus aditus celestis regni
donatus est vt constaret omnibus quod absque
ea confessione ac fide regni celorum ne
mo potest intrare. Claues regni celorum sue
iam potentiam quam nominat qua dignos
etc. Haec Beda omelia xxxvi super hoc euangelio
Lucae Tibi dabo claues regni celorum etc. Glossa
Rabani. Item Hitaclim cordis in
cuacua virtutis et virtutibus repleatur datur
datur angelo apertura Christo et ita laborem
vt nobis bonorum operum clauibus ianuam
regni celestis aperire possimus. Sic enim
multis operibus quibusdam scilicet ac ve
ctibus vite nobis ianua clauditur ita aliis
absque dubio bonis operibus aperitur. Haec Augustinus
in quodam sermone in dedicatione ecclesie qui
incipit Quotiescumque fratres altare.
Item vere dicitur Christus dimittit peccata sacer
dos est iudex. Sacerdos quidem officium suum
exhibet sed non exercet iura cuiusdam potestatis secundum
glossam non habet potestatem dimissionis culpe
et pene eterne sed ministerium dimissionis
Haec Ambrosius secundo libro sententiarum distinctione 18 capitulo secundo
videmus Ille solus peccata dimittit qui solus
pro peccatis mortuus est etc. **Ratio sexta**
Absolute nemo tollit peccata
nisi solus Christus qui est agnus
tollens peccata mundi. Tollit autem peccata
dimittendo que facta sunt et adiuuando
ne fiant perducendo ad vitam vt omnino
fieri non possint. Haec Augustinus libro secundo ad Ju
lianum iii. capitulo ii. de quo distinctione iiiia. Nemo.
Item qui remissa sunt peccata alicui deus per
insciam imputat. Ex his apte osten
ditur quod deus ipse penitentem absoluit a
debito pene et tunc soluit quando ipse virtus
illuminat inspirando veram cordis contricionem
cui sanctorum varia suffragia et auctoritates
attestantur. Nemo enim vere de peccato com
pungitur habens cor contritum et humiliatum
nisi in caritate. Qui autem caritatem habet dignus
vita est. Nemo autem simul dignus est vi
ta et morte. Non est igitur ligatus tunc
debito eterne mortis. Filius enim ire esse non
desiit. Ex quo diligere et penitere cepit.
Extunc ergo solutus est ab ira que non manet
super illum qui in Christum credit sed super illum
qui non credit. Non ergo per modum predi
ctum cui confitetur ab ira eterna liberatur a
qua iam liberatus est per dominum. Ex quo dixit Con
fitebor et cetera secundum glossam ex quo habuit
propositum confitendi et satisfaciendi. Solus quod
deus interius hominem mundat a macula
peccati et a debito pene eterne soluit quod
per prophetam Ysaiam ait Ego solus deleo
iniquitates et peccata populi. Ysaie xliii. Quod Cassi
odorus secundo libro sententiarum distinctione xviii capitulo iiii. vel
sequitur prima ratio sic concludendo. **Ratio vii**
Aliis quoque pluribus testimoniis do
cetur deum solum peccata dimittere
et posse quibusdam ita et alia quorumdam
peccata retinet. Item cum venit ad deum
qui sua peccata dimittuntur ab eis dimittitur
quibus quibus ipsi veraci communione coniunguntur
spiritus sanctus ea dimittit qui datus est omnibus
sanctis sibi caritate coherentibus siue se no
uerint corporaliter siue non. Similiter cum alicuius peccata
ab eis tenentur a quibus in pravitate cordis
disiunguntur siue noti corporaliter siue ignoti omnes
mali ab omnibus spiritualiter seiuncti sunt. Hoc Au
gustinus libro iii de baptismo contra donatistas
quod recitat magister sententiarum libro secundo distinctione xviii capitulo
secundo sic concludendo Ecce inquit hic peccata
dicit dimitti vel teneri a viris sanctis
et tamen spiritum ea scilicet dimittere dicit et quod con
sideratione maiori dignum est idem etiam dicit
quod deus per se vel per sanctos suos tamen pec
cata dimittit. Ait enim Augustinus sic Christus
creaturam fere dat deus etiam per maiorem spiritum

uel gratiam non nisi per seipsum uel sanctas preces. Et ideo remissionem peccatorum uel per seipsum facit uel per spiritum columbe membra, quibus ait: Si cui remiseritis peccata remittuntur. Ecce ipsum unam super hoc a doctoribus traduntur etc. **Littera octaua**

A doctorum uarietates quid de hoc sentiendum est. Hic sane sentire et docere possumus quod solus Deus peccata dimittit et retinet, et tamen ecclesie contulit potestatem ligandi et soluendi. Sed aliter ipse ligat et soluit, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccata, quia et animam mundat ab interiori macula et a debito eterne mortis soluit. Hoc ibi magister dicit in illa tercia. Non autem dicitur quod officium sacerdotis est per se soluere et ligare, sed ostendere homines ligatos et solutos. Unde Dominus prius leprosum per se sanitati restituit, deinde ad sacerdotem misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Illa auctoritate Lazarum iam uiuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia et si aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie ecclesie solutus habetur nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis igitur culpis uel retinendis ita operatur sacerdos euangelicus et iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, que peccatum signat. Unde Dominus super Matheum ait ibi: Tibi dabo claues etc. Hoc inquit locum episcopi et presbiteri non intelligentes aliquid sumunt de supercilio phariseorum, quod uel dampnare innoxios uel soluere se putant noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum sed reorum uita queratur. Legimus in leuitico de leprosis ubi iubentur se ostendere sacerdoti, et si lepram habuerint tunc a sacerdotibus immundi fiant, non quod sacerdotes leprosos faciant et immundos, sed quia mundus uel non mundus sit. Quomodo igitur ibi leprosum sacerdos immundum facit, sic et hic alligat uel soluit episcopus uel presbiter, non eos qui insontes sunt uel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit uarietates scit qui ligandus sit qui soluendus. Hec Jeronimus. **Littera nona**

Hec autem recitans magister dictorum in littera sic concludit apte ingerens quod ordinatur quod non sequitur Deus ecclesie iudicium, qui per surreptionem et ignorantiam interdum iudicat. Deus autem semper iudicat secundum ueritatem et in remittendis culpis et in retinendis. Quod interius et officium sunt euangelii sacerdotes quod olim sub lege habebant legales in curandum leprose. Hii igitur peccata dimittunt uel retinent, dum dimissa a Deo uel retenta iudicant et ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen Dei super filios Israel, sed ipse benedicit, ut legitur in numeris. Hec ille magister sententiarum. Item libro quarto distinctione xix capitulo primo sic scribitur. Non dicitur quod omnes sacerdotes uel soli illi habent claues scientie et potestatis, quia plerique eorum ante sacrum ordinem scientiam discernendi habent, plerique post consecrationem ea carent. Sane dici potest quod alteram harum clauium scilicet scientiam discernendi non omnes habent sacerdotes, unde dolendum est atque lugendum. Multi enim sunt indiscreti atque scientia qua minime debent sacerdotes exortes sacrificii gradum presbiteri presumunt, uita et scientia eo indigni, qui nec cum sacerdotium nec post scientiam habent discernendi quis ligandus sit uel soluendus. Ideo et in consecratione illam clauem non recipiunt, quia semper scientia carent. Contra tamen ibidem capitulo secundo etc. **Littera decima**

Absoluendo cum iam constet non omnes sacerdotes istas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent. De altera enim scilicet de pena ligandi atque soluendi queritur utrum omnes sacerdotes eam habeant. Quidam autem putant hanc potestatem illis solis esse concessam qui doctrinam simul et uitam apostolorum seruant. Illas enim claues commisit Dominus Petro et imitatoribus eius tantum, ut aiunt, qui etiam auctoritatibus utuntur in munimentum sue opinionis. Hoc enim dicitur Augustinum sensisse superius ubi ait: Remissionem peccatorum per seipsum facit Deus uel per columbe membra. Dicit etiam idem peccata teneri uel dimitti a sanctis. Idem super Exodum xxviii ubi de lamina aurea legitur: Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hec inquit significat fiduciam uite bone, quam qui uere perfecte non presumptionem sed ueritate sacerdotes. Hec sic soli possunt peccata dimittere uel auferre. Unde Gregorius in titulo euangeliorum: Illi soli in hac carne positi ligandi et soluendi potestatem habent sicut sancti apostoli, qui istorum exempla simul cum doctrina

tenet Item ex dictis Grego(rii) Aug(ustini)
q(uod) p(otes)tas soli petro concessa e(st) et imita
torib(us) petri Illam q(ue)cu(m)q(ue) vestigia petri
imitant(ur) h(abe)nt vere ligandi et solvendi
p(otes)tatem Sequi(tur) 1o ca(pitul)o 3o **l(itte)ra vndecima**

Alijs o(mn)es aut(em) inquit mag(iste)r vide(tur) q(uo)d
et m(ihi) placet fateor cunctis sacerdo
tib(us) hanc clavem dari s(cilicet) ligandi
atq(ue) solvendi s(ed) no(n) eam recte ac digne
h(abe)nt nisi q(ui) vitam et ap(osto)licam doctrinam
s(er)vant Ut p(re)misse auctoritates malos
sacerdotes h(uius)mo(d)i p(otes)tate uti sign(ific)ant ha
b(er)e negant s(ed) illos solos digne ac
recte hac p(otes)tate uti sign(ific)ant qui p(re)di
ti s(un)t vita ac doctrina ap(osto)lica q(ua)si
socij ap(osto)lor(um) imitatores digne recte q(ue)
p(ossu)nt ligare et solvere et p(er) d(omi)n(u)m t(ame)n vel
p(er) s(an)ctos in quib(us) habitat sp(iritu)s s(an)c(tu)s
digne et recte fit remissio vel retentio
p(e)cc(at)or(um) fit t(ame)n p(er) illos q(ui) s(an)cti no(n) s(un)t
s(ed) no(n) digne vel recte Dat e(ni)m deus
b(e)n(e)dictio(ne)m digne poscenti et p(er) indig(nu)m
mi(ni)stru(m) Et vero hanc p(otes)tatem h(abe)
beat o(mn)es sacerdotes Jeronimus testat(ur)
sup(er) lo(cu)m ewang(elii) vbi d(omi)n(u)s dixit pet(r)o
Tibi dabo claves Hanc aut(em) inquit ea
dem iudiciariam p(otes)tatem o(mn)es alij ap(osto)li
h(abe)nt h(abe)t et o(mn)is eccl(es)ia in ep(iscop)is et p(res)bi
teris s(ed) ideo petrus specialit(er) eam acce
pit ut o(mn)es intelligant q(uod) q(ui)cu(m)q(ue)
ab vnitate fidei et societate eccl(es)ie se
separav(er)it nec a p(e)cc(at)is absolui nec celum
p(otes)t ingredi Hoc mag(iste)r s(e)n(tenti)ar(um) vbi sup(ra) Aug(ustinus)
eodem libro in fine di(stinctio) 19 p(otes)t dicit
h(uius)mo(d)i satis p(re)dictis qual(ite)r d(icitu)r esse sa
cerdos q(uo)d sac(erdo)s ligat et solvit distre
tus s(cilicet) et iustus alioq(ui)n mortificat
s(ae)pe a(n)i(m)as q(ue) no(n) moriu(n)t(ur) et vivi
ficat q(ue) no(n) vivu(n)t et ita incidit in ma
ledictionis iudiciu(m) id e(st) m(a)l(edictionem) et ma
lediciam ~~ma~~ b(e)n(e)dictionib(us) v(er)tit sine sup
hereticos et excommunicatos puta sup(er) sa
cerdotes q(ui) vita et sci(enti)a carent Und(e)
te p(re)sumunt d(omi)n(u)m recipia(n)t p(otes)t intellig(i)
p(otes)t maledictam b(e)n(e)dictionib(us) v(er)tit i(d est) h(uius)mo(d)i
q(ui) meis b(e)n(e)dictionib(us) possidet q(ui) fac(i)
am vob(is) v(er)ti in maledictionem et no(n) in
b(e)n(e)dictione(m) vel b(e)n(e)dic(tione)m in ~~ma~~ b(e)n(e)dictio
nib(us) v(er)tit q(uia) et si b(e)n(e)dicant s(ae)p(iu)s no(n)
h(abe)t faciunt ex vero corde et ideo eor(um) b(e)n(e)
dictio eis v(er)t(itu)r in maledictio(ne)m vel ma
lediciam b(e)n(e)dictionib(us) i(d est) q(uo)d ei vob(is)

b(e)n(e)dici(tu)r a me e(st) maledictu(m) quia
b(e)n(e)dicunt inique agentib(us) adulant(ur)
peccantib(us) q(ue)mado(dum) dimittes s(u)nt di
mittit d(omi)n(u)s solus p(e)cc(at)a sac(er)dos indicat
ostendit p(re)mittat e(ss)e dimissa **l(itte)ra xija**

Absoluc(i)o(n)is forma sup(er) excu
nicato p(otes)t n(ot)a q(uo)d m(od)o debet
cum rb(ri)c(a) ... sequentib(us) et
ma(teria)li illicati xv q(uestio) vja auctoritate
Et absolucio fiat cum discretione
xxvj q(uestio) vja Si is p(er) Grego(rium) q(uo)d sa
cerdos sit p(ro)nior ad absolvendu(m) q(ua)m
ligandu(m) 24 q(uestio) 3 allegant p(er) Greg(orium)
Et nil ampliendu(m) q(uo)d absolucionem
q(uo)d nullus c(on)tu(m) Et vera e(st) abso
lucio sacerdot(is) clave no(n) errante 17 q(uestio)
vja Et ... et sup(ra) li(bro) ... Et ligatus
a minore p(otes)t absolui in infirmitate s(e)c(un)d(u)m
q(uo)d vja Si quis suadente q(uo)d abso
lvendus debet e(ss)e ... et ... et ...
ma flecte ad manu(u)m impone(n)d(arum) xx
vj q(uestio) 17 De q(uo) m(od)o ... Et no(n) q(uo)d
triplex e(st) absolucio s(cilicet) dispositiva q(uan)
tum ad q(ua)ntum p(e)cc(at)or(um) auctor(ita)tiva q(uan)tu(m)
ad d(omi)n(u)m dispositive dimissoriu(m) et demi(ni)
strativa q(uan)tum ad p(res)b(ite)rum confessorem
p(otes)t h(abe)t in lepro ... viijo et Joh(annis) ...

Abhominatio elemosina ex **lit**
illicitis acquisita hac **tera p(ri)ma**
intentione vt paup(er)ib(us) erogetur
vel aliis b(e)n(e) disp(er)set(ur) grauat potius
q(uam) iuvat Unde etiam cum e(st) e(le)mosina
vel quod aliud edificium ex p(re)
mio ... q(uo)d p(er) sac(er)d(otem) d(ic)at q(uo)d contra no(n) p(ro)
ficit mercedi ne ... s(ed) obtentu e(le)
mosine cum p(e)cc(at)o aliquid audeam
accip(er)e p(er)hib(et) scriptura dicens Hostie i(m)
pior(um) abhominabiles sunt d(omi)no q(ui)a off(er)
unt(ur) ex scelere quia o(mn)ipoten(ti) dei
no(n) placant (?) sed irritat tu(n)c
... scriptum e(st) honora d(omi)n(u)m de tuis
iustis laborib(us) q(ui) igitur m(a)l(e) tollit
ut q(uo)d b(e)n(e) placeat c(on)stat sine dubio
q(uo)d d(omi)n(u)m no(n) honorat Unde ...
offert sacrificiu(m) ex s(ub)sta(n)cia paup(er)is idem
e(st) ac si victimet filium in c(on)spectu pa
tris sui q(ua)ntus aut(em) sit dolor patris
p(re)pendamus si in eius c(on)spectu filius
victimet(ur) et hinc facile cognosci(tur) q(ua)n
tus apud d(eu)m dolor exaspat(ur) q(uando) ei
sacrificiu(m) ex rapina t(ri)buit(ur) Nimis ig(itur)
declinand(u)m e(st) sub obtentu elemosine p(re)

cata symoniace heresis contrasse. Ma
aliud contra peccata commissa elemosinas
facere. aliud contra elemosinas peccata commit
tere contractas. Gregorius Augustino episcopo et he
tur in con. 1. q. 1. Non est putandum
Quorum non offensus a muneribus. sed munera
ab offerente placuerunt. Dona quippe
iniquorum non probat altissimus nec respi
cit in oblacionibus eorum. nec in multitudine
sacrificiorum propiciabitur peccatis eorum. Gregorius
ut supra. et habetur in eadem xiiij. q. v. cap. sep
timum et cetera. **littera secunda**

Abhominacionem desolacionis esse
dicimus heresim ipsam heresim que cor
rumpat sancte ecclesie loca et multos de
solat a fide et ipsum exitum antichristi
certantes quia hereses ceperunt publice
habere ecclesias locum obtinentes ecclesie
principium. Vocamus abhominacionem deso
lacionis intelligamus ipsum esse antichristum
qui post modicum veniet futura et obtine
bit ecclesiarum sancta sub spe Christi et mul
torum fidelium desolacionem. et paulo ante.
exitus autem antichristi heresis sunt omnes. precipue
ista que obtinet locum ecclesie et
stetit in loco sancto. ita ut videatur
quasi veritatis stetisse cum non sit
veritatis. sed abhominacio desolacionis
vel exitus antichristi. que multorum animas
reddit desolatas a Christo. et hoc est for
te quod apostolus dicit ij. Thess. ij. qui
adversatur et extollitur super omne quod est
deus. ita ut in templo dei sedeat o
stendens quod ipse sit deus. Gregorius ob ea
Cuius opus imperfecti quod hominibus al
tum est abhominacio est apud deum. Luc.
xvj. plus in antichristo **littera prima**

Abstinenciam precepit deus ade
Genesis 2° dicens Ex omni ligno pa
radisi comede. de ligno autem sciencie
boni et mali ne comedas. in hac abs
tinencia comedatur dum non omni cibo
voluit deus hominem uti Moyses
fuit cum domino xl diebus et xl noctibus
et non manducavit neque bibit Exodi
xxxiiij. precepit deus filiis israel absti
nere a multis cibis. Levitici. Vir si
ve mulier cum votum fecerit ut sanctificetur
et se domino voluerit consecrare a vino et
omni quod inebriare potest abstinebunt Numeri
vj°. Uxor Manue concepit filium scilicet
Sampsonem, quia per deum liberatum angelus

apparens abstinenciam induxit Iudicum 13.
Corvus cibavit et Helie quod petiit a vi
dua in Sarepta buccellam panis et
paululum aque. 3 Regum xvij°. Non ibi
quid corvus pascebat eum sive in de
angelus domini obtulit Helie subcine
ricium panem et vas aque et am
bulabat in fortitudine cibi illius usque
ad montem domini Oreb 3 Regum xix°.
Angelus domini dixit Tobie bona est
oracio cum ieiunio et elemosina. Tho
bie xij°. Audientes filii israel tribulem
potenciam Holofernis humiliaverunt animas
suas ieiuniis et Iudith que voluit ve
sci cibis Holofernis ipsum occidit quando inebri
atus fuit Iudith xiij. **littera secunda**

Assuero regi Hester loquuta dixit
Mardocheo congrega omnes iudeos
quos repperis in Susis et orate pro me
et non comedatis neque bibatis tribus
diebus et tribus noctibus et ego cum an
cillis meis ieiunabo. Hester iiij. Da
niel et socii eius proposuerunt in cor
de suo ne pollueretur de mensa re
gis. Et sequitur quod puer illis dedit
deus scienciam in omni re. Daniel 1°
et post dicitur 9° vij. dicit Gregorius in omelia
penthecostes Opus sanctus implevit spiritum abs
tinentem et iudicem sciencie fecit Danielem
Daniel xiij. Eleazarus vir etate pro
vectus occidi maluit quam carnes por
cinas manducare contra legem dei sui
ij. Machabeorum vj°. Septem fratres ex con
sensu matris eorum mortem elegerunt
potius quam carnes porcinas contra
legem dei comedere ij. Machabeorum vij. De
beato Iohanne baptista legitur quod
esca eius erat locusta et mel sil
vestre. Mathei iij° et de ipso Iohanne di
cebat Ihesus Venit Iohannes baptista
neque manducans panem neque bibens
vinum et dicitis demonium habet. Venit fi
lius hominis manducans et bibens
et dicitis devorator carnium et bi
bens vinum amicus publicanorum
et peccatorum. Mathei xj. Luce vij°. **littera tercia**

Abstinebat Ihesus et ieiunabat xl
diebus quousque esuriebat. Mathei
4°. Marci 1°. Luce 4°. Salvator eciam
omnes dando sollicitatem panem et pisces
multiplicat non carnes. Mathei xiiij°. Mar
ci vj°. Luce ix. Iohannis vj. Et eciam in

septem panibus et paucis piscibus Math
xv° Marci viii° Mittens salvator disci-
pulos ad predicandum iussit ut in qua-
cumque domum intrarent ibi manerent
edentes et bibentes que apud illos
sunt et hoc ut communibus cibariis con-
tenti delicata non quererent Luc x°
Item suspendens gulam swadet di-
vini ieiunii. Venit licet gula a pa-
radiso regnatorem expulit abstinencia re-
vocat ad paradisum errantem et infra
hoc Ambrosius in sermone de ieiunio dis.
xxx va. [illegible] solus illiatis
non cadit qui se abstinet et alimentis cautus
constringit hoc Gregorius v° li° Moralium
illiatorum veniam postulare oportet a mul-
tis liaitis abstinere dicente apostolo Omnia
mihi licent sed non omnia expediunt hoc de
pe. dis. j Aliud quid Item festi-
vitatibus solempnibus diebus processionum
diebus ieiuniorum abstinendum est ab uxo-
ribus Unde apostolus ex consensu ait
abstinendum ad tempus ut vacetis ora-
tioni hoc Aug° Ambr° Jero et Gregor
xxxiii q. iiii° in [illegible] et ca-
pitulis sequentibus Item abstinencia
est quo edendi hominem peremit ut fe-
cit Jonathas j Regum xiiii° in fine
melius non lavacio queritur ede ut is-
rahelite in deserto Num. [illegible] pane
ut filii Heli in filio j Regum ii° Non
ad superfluitatem ut Sodomite non vile
quodlibet ut Esau edulium nimie con-
cupivit hoc Gregor omelia littera quarta

Abstinencie species sunt quatuor Prima
a malo [illegible] Ecclesiaste a
ge [illegible] Ps. di-
verte a malo et fac bonum Jeronimus
super Amos prophetam Tunc placet ca-
put deum abstinencia corporis cum animus
ieiunat a viciis quid enim prodest te-
nuare corpus in medio cum animus
intus intumescat superbia Secunda est
abstinencia a bono [illegible] ma-
li [illegible] Thess v° Ab omni specie mala
abstinete vos j Cor viii° Si esca
scandalisat fratrem meum non manduca-
bo carnes in eternum Tercia abstinencia
a bono quod potest esse occasio ma-
li ut a vino forti et a consorcio
et loca suspecto Unde Ysidorus
Deponere quos novitas non potest vincere
assiduitas solum superat Jeronimus Et
familiaritatem non vult vitare cito
labitur in ruinam Quarta est absti-
nencia a bonis que maiora bona
impediunt ut solent fieri [illegible]
Gregorius Semper ab illiatis longe sunt
qui a se perfectam liaita abscidunt [illegible]

Abstinencia respicit pro littera quinta
Abstinencie valitudinem temporis opportu-
nitatem ciborum qualitatem et quan-
titatem dis. xli. [illegible] Aug. [illegible]
abstinencia discreta [illegible] indis-
creta [illegible] dis. [illegible] Quid p[illegible]
Aug. in [illegible] dis. [illegible] Nota modum
per dominum abstinere maxime [illegible]
episcopis et predicatoribus dis. xxxv [illegible]
pro dominium quod non equiter in abstinen-
tia discreta nisi corporis [illegible]
dis. xliii [illegible] communia [illegible] Gregor dis.
de con. dis. v° [illegible]
[illegible] vilium
[illegible] dis. [illegible] Delicie [illegible] quod
[illegible] quarto abstinendum
maxime est a potibus et ciboris [illegible]
[illegible] et duabus causis [illegible]
[illegible] Ambr. et Gregor [illegible] deli-
cie et ieiunium littera prima

Abusiones xi sunt abusiones
seculi Aug. in Prima sapiens
sine operibus bonis utputa predicator
qui quod sermone docet actibus explere
negligit Secunda senex sine religione
ut pravi prelati declinantes a reli-
gione et non considerantes signa senectu-
tis eorum cum presbiter id est senex in senec-
tute [illegible] Tercia adolescens sine
obedientia quia sicut in senibus solicitudo
et mores [illegible] ita in iuvenibus obsequi-
um subiectio et obedientia convenienter exigun-
tur Quarta dives sine ele-
mosina qui superflua penes se re-
dita et indigentibus non [illegible] dis-
buta tanta non custodit ut celestis
patrie perhenne thesaurum amittat
quem thesaurum [illegible]
habet solum nisi quod pauperibus solacia
prestat aut per se ipsum pauper laudabi-
lis existat Quinta femina si-
ne pudicicia sicut enim omnes bonos
mores [illegible] et custodit in viris pru-
dencia sic in feminis [illegible]
actus nutrit fovet et custodit pudi

ciaa Sexta dominus sine virtute ac si quis
diceret quod est animal sine vita. Sine
virtute non est possibile esse secularem do-
minum cum tunc plerumque sit tyrannus.
Septima christianus contentiosus qui cum christia-
norum nomine christi professionem et baptismum
suscepit contra christi dicta et precepta mundana con-
tendit et delectamenta culpabiliter di-
ligit. Octaua pauper superbus qui tolle-
rari beatitudine voluntarie paupertatis
causa esse consequitur, superbo super-
bie tumore inflatus contra deum erigere
non cessat. Nona est rex iniquus quia
sit rex in throno honoris primus et post
per iusticiam non sedit tamen in seipso enim
in aliis sibi subiectis in penis prelata-
tum habitus est. Decima est episcopus ne-
gligens qui sui gradus honorem intra
homines requirit sed ministerii sui dignitatem
coram deo pro quo legationem fungitur non
custodit de cuius manibus peccatorum san-
guis districte requiretur. Undecima
est plebs sine disciplina que dum disci-
pline castitatibus non seruit communiter se
perditionis laqueo constringit. Nam cum
deum alius disciplinae vigorem non e-
uadit. Duodecima est populus sine le-
ge que dum dei dicta et legum scripta
contempserit per diuersas errorum vias eundo
laqueum perditionis incurrit de quibus
viis scriptum est. Inter me videtur homi-
nibus recte et nouissima eorum ducunt
ad mortem. Proverbia xiiii. Hugo de
xii abusionibus. Duodecim abusiones
sunt claustralium videlicet prelatus negligens
discipulus inobediens iuuenis ociosus
senex obstinatus monachus curialis
religiosus causidicus pannus preciosus
cibus exquisitus rumor in claustro lis
in capitulo dissolucio in choro irre-
uerentia iuxta altare. Hugo de
nouo de claustro anime. Contra priuilegi-
um omnino meretur amittere qui permissa
sibi abutitur potestate. Gregorius in Registro
et habetur xi q. iii. Priuilegium. **Lectio prima**

Acceptio personarum. Petrus ait Act. x
in veritate comperi quia non est ac-
ceptor personarum deus sed in omni gen-
te qui timet eum et operatur iusticiam accep-
tus est illi. Actuum x. Contra Jacobus
in sua canonica et sic ait. Fratres
mei nolite in personarum acceptione fi-
dem habere domini nostri Jesu Christi glorie. Si-
Si autem personam accipitis peccatum opera-
mini redarguti a lege quasi transgresso-
res. Hic ille super quo Augustinus absit do-
mine ut in tabernaculo tuo pre pauperibus
accipiantur diuites aut pre ignobilibus
nobiles qui potius infirma mun-
di elegisti ut confundas fortiora.
Contra. Sapiencie vi. Non enim subtrahet
personam cuiusquam dominus qui est omnium do-
minator nec verebitur magnitudinem cuiusquam quoniam
pusillum et magnum ipse fecit et equa-
liter illi cura est de omnibus. Item grego-
rius et habetur i q. iii capitulo Simoniace
sit ait diuina et humana lege reuo-
luta sed quod constitutum est remo-
ta personarum acceptione diffinita sen-
tentia proferatur. Concordat incipit.
ff iii q. ix capitulo Nec. Et xix q. xxi
scilicet idem. Quod ne acceptio personarum a-
pud deum xxxii q. iiii capitulo Sicut per au-
gustinum de consecratione distinctio iiii Nequaquam.
Quod acceptio personarum non est in
prelatorum electione distinctio lxiii capitulo Sacrorum
nec in fine execucione ii q. vii capitulo De-
inde prohibet ii q. iii capitulo Simoniace per sanc-
tos. Nec in penitencie impositione xx
vi q. vii capitulo Sacerdos **Lectio secunda**

Acceptio personarum est iniusticia qua
preferatur persona persone propter causam
indebitam patet Leuitici xix Et Deu-
teronomii xvi ubi ponit iusticiam et ex
opposito acceptionem personarum constitues
iudices qui iudicent iusto iudicio
et statim sequitur Non accipies per-
sonam sed iuste quod est iustum exe-
quere. Causa autem indebita ut
alius alii preferatur vel dignitati-
bus vel honoribus vel diuiciis sunt
diuicie potentie consanguineitas nobili-
tas et huiusmodi. Differentie acceptionis
personarum sunt tres. Nam una com-
mittitur in honoris exhibitione, alia
in iudicii execucione, alia in promo-
cione ad dignitatem. De prima habetur
per Jacobum ubi dicitur Fratres mei no-
lite et cetera ut supra. Ubi notatur acceptio
personarum eo quod preferatur aliquis alii
in honoris exhibitione propter causam inde-
bitam scilicet diuicias. De secunda habe-
tur Deuteronomii xvi ubi dicitur Non
accipies in iudicio personam vel mu-

nera. ‖ De tua Helier j Reg xvj°
Cum Samuel deberet vngere in regem
vnum de filijs Ysai / et quereret de He-
liab primogenito nunquid coram domino est christus
eius / dixit dominus ad Samuelem Ne
aspicias vultum eius neque altitudinem
staturae eius quoniam abieci eum in
promotionem ad dignitates. prohibetur accep-
tio personarum propter causam indebitam vt propter
dispositionem vultus vel altitudinem sta-
ture vel nobilitatem vel potestatem ...
go' de supellectili. **Littera prima**

Accidia vtriusque vite actiue ac-
tiue scilicet et contemplatiue in ista
gracia est torpor mentis aut tedium bo-
na negligentis quo fastidit anima
liberalitatis inimica et caritatis
emula quia nichil est scelestius vt
dicit glosa scriptura Eccli x° Nam
et animam suam facit venalem
et est peccatum mortale quando tamen exce-
dit fines caritatis divinos et proximi vel
excedendo quod amori divino in affectu
preponit eas sollicite acquirendo
vel proximo suo subveniri in tempore
necessitatis superflua perficiendo sed quando
vt predictum est in quolibet quique pec-
cati sunt aliqui motus imperfecti in
sensualitate existentes qui sunt
peccata venalia eo quod preveniunt in
dicium racionis Hinc est animad-
vertendum quod acquirere divicias cum
sollicitudine vel ipsas superflue re-
tinere et in ipsis aliquantulum delectari pro-
uei familie debitam sustentationem pro-
videnda aut propriam indigentiam dis-
crete preuidendam non est peccatum morta-
le dum tamen tempore necessitatis et indigen-
cie legem observat liberalitatis et sic
non excedit debite virtutis metas
enim vt aut quidam homines ad hoc
amatores temporalia terrenis negocijs
sunt implicati multiplicati et dedi-
ti quibusdam vinculis et affectionibus
carnis domibus quibus ac posses-
sionibus cogitationes quod sunt mundi
et quid placeat mundo superedificia-
tes super fundamento qui est xpistus
ligna fenum et stipula salui ext
sic tamen quasi per ignem vt apostolus dicit
I Cor iii° Si vero xpistum sunt et a xpisto
non recedit vt Cor. licet aliquid
sibi preponant in amore. patet itaque ex
predictis que sunt illa alia quando dam-
nat apostolus Ephesiorum v° Et
i Cor vi° Quia alia peccata mor-
talia de quibus ibi includit etc.
quod talia agunt non possident hereditatem
in regno xpisti et dei Littera tercia

Avaricia autem dicitur quasi amor ve-
ris quod est pecunia aviditas
eo quod per eam conquirere sunt intellig-
endi peccata terrena Dicit enim au-
gustinus libro de doctrina xpistiana omnium
quecumque homines habent in terra et omnia
quorum sunt domini pecunia vocatur

eo qd antiqui qui que habebat
in pecoribus possidebant Et phs
iiiio Ethicor Pecuniam inspicit di
uicias omnia quorum dignitas in
strante mensuratur vel dicitur auari
cia eo qd animas possidentium re
cipit Igitur apls Ephes vo In
tantu ipm condempnat qd ydolor
seruitutem ipam recte nominat et seruitutem
ydolorum appellat Ita
sicut scriptum est ii petri iio A quo
quis vincitur et superatur eius ser
vus efficitur. igitur ipm tollere
tolle vt deum auaricia Sunt
quid aut pt deus vel non qr deus
honoratur ydolum non incongrue
appellatur. igitur sicut ydolatra
suo seruit symulachro et colit quasi
deum uniuersum igitur in Luce videte
igitur et cauete ab omni auaricia
quia non in abundancia cuiusquam
vita eius est ex hijs que possidet
et subdens parabolam valde perime
scendam de diuite auaro diuicias
congregante deinde sic conclu
dit Stulte hac nocte demones
recipient animam tuam a te que
igitur parasti cuius erunt Sic est
inquit omnis qui sibi thesaurisat
non est in deum diues. qui sibi the
saurisat et alijs non parcit libera
tem abdicatur. caritatem violat
ipm dissipat et alijs iniuriatur
diuitijs militat et deum ignorat
Quam testante Luc Nemo pt
deo seruire et mamone Mamona lin
gwa sira et ebrea est nomen diui
ciarum vel nomen demonis qui
temptat de auaricia et cupiditate
diuiciarum Nemo pt igitur debite
seruire vtrique cum sint dispares et
sibi inuicem contrarij. aut enim vnum
illorum odio habebit et alterum diliget
aut vni adherebit et alterum contem
net Ille tamen qui diuicias ordina
te congregat vt bene expendat et
in pios vsus exponat. non seruit
diuitijs sed magis diuicie seruiunt
sibi cum ipis vtitur sicut ministro
ad opera virtutum Vnde Ambro
sius sup hunc locum Sicut di
uicie inquit impedimenta in prebis

ita sunt probis adiumenta virtutum
Non igitur prohibetur hic vsus diui
ciarum licitus et ordinatus sed so
lum auaricia que est ydolorum serui
tus. auaricia inquam que est dei
inhonoratio ydolorum cultura. ae
rum iniuria et sui possessor torme
tum et tortura

littera quarta

Auaricia quoque nascitur ex time
ta suprbia. quoque ex timore et
tota diffidencia secundum Greg xvo
Mor viii vitte subdit Sunt namque
nonnulli qui dum potenciores vide
ri appetunt ad aliena rerum am
bitum succedunt Et sunt nonnul
li qui dum sibi subsidiorum necessaria de
esse timent mentem ad auariciam re
laxant et aliena ambiunt. cum pia
sibi sufficere non posse suspicant
Quantum igitur malum. omnis auari
cia. cum sit caritatis venenum secundum
Augustinum et peccatum insanabile secundum
phm iiiio Ethicor Que non inf
fert in deum meum velud superbia a
proximum sicut inuidia vel sibi ipi animum
a merepo sicut iracundia sed corpus
et animum per varios labores dissipat
et fatigat Primum videlicet vt dicit
Greg xvo Mor Salomon in corde
est omnis auarus in ipa sua concupi
scencie fatigacione. qualiter concupita
rapiat. quo alia blandimentis et
alia terroribus auferat quibus la
boribus vigilijs et terroribus aliena
sibi acquirat aut propterea acquisi
tis rebus peruenit ad desiderium
cuius ipm dolor fatigat. vel cum
solito more custodiat quod cum
graui labore meruit adquisitum
hinc inde insidiatores metuit. atque
hoc se pati quod ipe fecit alijs
pertimescit formidat potenciorem
alterum ne hunc suscipiendo violenter
pauperem vero cum conspicit suspi
catur furem. ipa quoque que gesta
sunt curat magno opere nexure
pro defectu. per negligenciam consumantur
In hijs itaque omnibus quia tuor
ipa est pena, tanta infelix po
titur quanta pati timet propter hoc
ad gehennam dum eternis cru
ciatibus mancipatur Et propterea no

tendum est quod avaritia large sumpta
non solum est pecunie ut dicit Gre-
gorius in quadam omelia, sed al-
titudinis atque excellentie sicut patet de
lucifero se extollente singulariter
et excellenter in celo. Scientie et singu-
larem scientie sicut patet de homine il-
licitam ambientem scientiam posito
in paradiso. Et ideo dicitur avaritia
possessionis terrene sicut patet de ma-
ledicto Caym fratricida non recte
dividente neque liberaliter deo offerente.
Et habet hec plurimas species [illegible]-
tas que sunt negociatio furtum rapina
usura et symonia, ut sunt laicis pa-
tentius manifestabitur. Lectio quinta

Avaritie mala sunt quatuor.
Primum est quod homines ad modum
indurat. Job xli. Cor eius indura-
bitur quasi lapis. Zach. vii. Cor
suum posuerunt ut adamantem ne au-
dirent legem et verba que misit deus
spiritu sancto per manum prophetarum. Secundum
est quod homines affligit. Eccl. v. Sa-
turitas divitis non sinit eum dor-
mire. Prov. xxviii. Qui festinat di-
tari et aliis invidet ignorat quod egestas
superveniet ei et audiet clamorem
illius cum venerit super illum an-
gustia. Tertium est quod avarus in ora-
tione non exaudietur. Job xxvii.
Numquid deus audiet clamorem
illius cum venerit super illum angu-
stia. Quartum est quod maledictionem
recipit eternam. Amos vi. Ve vobis
qui opulenti estis in Syon. Aba-
kuk ii. Ve ei qui multiplicat non
sua. Usquequo aggravat contra se densum
lutum. Numquid non repente con-
surgent qui mordeant te et eris in ra-
pinam eis, quia tu spoliasti gentes
multas, reliqui spoliabunt te. Ve
qui congregat avaritiam malam
domui sue ut sit in excelso nidus eius.
Deut. xxvii. Maledictus
qui transfert terminos proximi sui.
Prov. xxiii. Noli laborare ut dite-
ris, sed prudentie tue pone modum.
Prov. xxviii. Qui festinat dita-
ri non erit innocens. Eccle. ii. De-
testatus sum industriam meam qua labora-
vi sub sole habiturus heredem post me quem
ignoro utrum sapiens aut stultus
futurus sit et dominabitur in laboribus
meis quibus desudavi et sollicitus
fui. Eccl. iiii. Unus est et secundum non
habet non filium non fratrem et tamen labo-
rare non cessat nec satiantur oculi
eius divitiis. In hoc quoque est va-
nitas et afflictio pessima. Eccl. xiiii.
Qui acervat ex animo suo iniuste
aliis congregat et in bonis illius
alius luxuriabitur. Ysa. v. Ve qui
coniungitis domum ad domum et agrum
agro copulatis. Math. xvi. Marc.
viii. Quid prodest homini si totum
mundum lucretur, anime vero sue detri-
mentum patiatur. I Cor. vi. Neque
avari regnum dei possidebunt. Ephe.
v. Avarus quod est ydolorum servitus
non habet hereditatem regni Christi dei.
I Thimo. vi. Qui volunt divi-
tes fieri incidunt in temptationem et in la-
queum dyaboli et desideria mul-
ta inutilia et nociva que mergunt ho-
mines in interitum et perditionem. Radix
enim omnium malorum est cupiditas. Au-
gustinus de libero arbitrio. Lectio sexta

Avaritia cum cetera crimina sub-
iectus malis omnibus domi-
natur, quia de avaritia mala cri-
minum oriuntur et peccatorum omnium spine producun-
tur. Augustinus in quodam sermone. Non
solum avarus est qui aliena rapit
sed ille etiam avarus est qui cupide ser-
vat sua. Item Augustinus de civitate
dei. Avaritia non est vitium auri, sed
animo perverse amantis aurum relicta
iustitia, que ponenda erat auro. Item Ambro-
sius in quodam sermone. Non minus est
crimen habenti tollere quam cum possis
et habeas indigentibus denegare. Esu-
rientium panis est quem tu detines,
nudorum indumentum quod tu reclu-
dis, miserorum redemptio et abso-
lutio pecunia quam tu in terra fo-
dis. Tantorum te scias invadere bona
quantis possis prestare et nolis. Non
sunt bona hominis que secum
ferre non potest. Sola una comes est de-
functorum. Item Johannes in quadam
epistola. Cum senescerent homines ce-
tera vitia senescunt, sola avari-
tia iuvenescit. Et ibidem. Nichil

aliud e auaricia qm bursa prin
cipium · tesaurum latronum rixa p̄cium
sibilus hominum Crisostomus omelia xxa
sup mathm In pecunie fiunt 7
parentibus compedibus constringitur 7 fratres
patitur Augustinus de v̄ domini sermone
xxvo Inexplebilis e sola auaricia
diuitum sp rapit 7 nusqm saciatur
nec deum timet nc hominem reuetur
no patri parcit no matrem agnoscit
nec fratri obtemperat · nc amico
fidem seruat viduam opprimit pu
pillos inuadit · liberos in seruicium
reuocat · testimonium falsum pfert
ver mortuorum occupatur qi 7 ipi
q hc faciunt no moriantur q e ista
rogo amaritudo infamia amittere vitam
appetere mortem acquirere aurum 7 pe
cuniam · Sz quia nemo considerat dum
vivit incidet in morte iudicium mito
dictum e diuiti · quia recepisti bo
in vita tua 7 lazarus similiter
mala · nunc hic consolatur tu vero
cruciaris Audiant isti diuites qui
nolunt ee misericordes Audiant
iracundie supplicia eis qui nolunt
erogare subsidia Audiant pau
perem refrigeratum Audiant diuitem
penis eternis cruciatum Pensa
tur p diuicijs pene castigacionum
p paupertate p purpura flama te
terrima p meditate vt salua sit
equitas stare tum meciatur illius
modus mensure in qua mensura
mensi fuerit Ille Lra septima

Auaricia omnia vicia adicit p
mo supplicium vnde ecclesiastici xxio
Domus q nimis locuples e ani
labitur supplicia Seruitus e mater
iudicij p̄u xxviio Vir q festinat
ditari 7 inuidet aliis ignorat qd ege
stas ei superueniet Tercio contenti
onem Gen xiiio confracta e rixa inter
pastores abraham 7 pastores loth
7 subditur causa Erat nequit
substancia eorum multa 7 nequiebant
habitare simul Quarto contumeliam
ad accidiam vz luce xiio quo dicit
diues Epulare anima mea habes
multa bona in plurimos annos
reposita requiesce Quinto inuitat
gulam quia vt dicitur luce xvio

Oportuit diuitem cottidie epulari sple
dide Septimo e fomentum luxurie Eccl
xlvio dicitur Salomoni Collegisti
qi auricalcum aurum 7 complesti qi
plumbum argentum Et sequitur Et
assecutus pr inclinasti femora tua
mulieribus Magna igitur pena
cupiditatis ad quam tot mala fa
ciunt tum plus pene eternaliter
sequuntur Dicitur Evangelium sup
Dum manifesto in fine Littera octava

Auaricie remedia sunt octo p
mum consideracio mortis Dominus
confitale continent omnia qui sibi se spe
rat moriturum Dicit enim aues et
pisces regunt se nudis 7 sinus in
necta defendunt se ab importu
nitate miseriarum sic homo reget se
Considera Gregorius valde sollicitat
se in bono opere qui sp cogitat de
extremo fine Secundum e consideracio
diuine paupertatis Trenorum iiio Recor
dare paupertatis 7 transgressionis
mee absinthij et fellis Bernhardus
Magna abusio e 7 nimis magna
q diues velit fieri vermiculus pro
quo deus maiestatis pauper esse vo
luit Tercium e vt homo elonget
se a cupidis 7 auaris Ysidorus Pericu
losum e cum hiis q praue sunt
voluntatis sociari · melius e habere
malorum odium qm consorcium pe
Cum sancto sanctus eris 7c Quartum
e consideracio eternarum rerum diuicia
rum Gregorius Vilescunt temporalia cum
considerantur eternalia Item si consi
deremus que 7 quanta sunt q nobis
promittuntur in celis vilescunt omnia
que habentur in terris Quintum e co
sideracio vilitatis 7 infidelitatis diui
ciarum Viles enim sunt diuicie q
no possunt adiuuare hominem in die
mortis neqz in die iudicij zaphonie
io Argentum 7 aurum no potuerunt
liberare eos in die ire domini Infide
les quia no sequuntur hominem Job
xxviio Diues cum dormierit ni
chil secum afferet post Dormierunt
sompnum suum omnes viri diuiciarum
7 nichil inuenerunt in manibus suis
Sextus de ps vi lo 7 de claustro a
nime Dio sunt q illaqueare solent

acquirere scilicet superbia et cupiditas. Et
duo que male sermone acquisita scilicet
gula et luxuria. Duo sunt que male
possidere volunt scilicet prodigus et avarus
primus ut congreget alter ut dissipet.
Et e que possessa destruunt intem-
perancia et prudentia mundi. Superbia
diabolo clausit celum, gula primo
parenti abstulit paradisum, avaricia
aperuit divitibus infernum, intemperancia ad-
huc corrupit mundum. Rabanus super Mt.
in fine. O pestis maligna avaricie
per homines cunctis detestanda. Quid
illecebrarum quid incommodi divitiis tu
gemine habens confudisti. Tu discipulum
comitem Christi ab apostolatu precipitasti. Tu
milites custodientes sepulchrum Christi
captivasti. Aliquid tamen dictum est pro-
tunc obediunt omnia. Eccl. x. Et
Rabanus: Avaro nil est scelestius,
nil enim iniquius quam pecuniam a-
mare. Eccl. x. Qui aurum diligit
non iustificabitur. Ve illis qui secta-
tur illud. Eccl. 3. Amor terrenarum
rerum viscum est spiritualium pennarum.
Aug. de verbis domini sermone 33. Aliena
rapere convincitur qui ultra necessaria si-
bi retinere probatur. Ieronimus 2 dis.
xlii a capitulo primo. littera prima

Audivit populus in Egypto ab
Aaron verba que dixit dominus
ad Moysen et primum audierunt. Exo.
iiii°. Dixit Moyses coram domino
Ecce filii Israel non me audiunt et quomodo au-
diet Pharao. Exo. vi°. Audiente po-
pulo Israel volumine federis dixerunt
omnia verba que locutus est dominus fa-
ciemus et erimus obedientes. Exo.
xxiiii°. Audivit obediens populus Israel
doctrinam et predicationem Josue ultimo.
Achab rex Israel noluit audire Mi-
cheam prophetam domini quia non prophe-
tavit sibi placabilia sed malum. Et
sequitur quod interfectus est. iii Regum
xxii°. Esdras legit in libro legis
a mane usque ad mediem et aures
omnis populi erant erecti ad librum.
Flevit enim omnis populus cum audiret
verba legis. Esdre viii°. Dixit Job
domine auditu auris audivi te, nunc
autem oculus meus videt te. Ideo ipse
me reprehendo et ago penitentiam in favil-
la et cinere. Job xlii°. Effectum est verbum
domini ad Ieremiam dicens: Noli sub-
trahere verbum si forte audiant et
convertatur unusquisque a via sua
mala. Jeremie xxvi°. Jonas quia
non audivit verbum domini missus est in
mare per tres dies et tres noctes
erat in ventre ceti. Nunc humili-
atus audivit et exauditus est. Jone ii°.
Rex Ninive et omnis populus
saccis induti in cinere ieiunantes au-
dientes verbum domini conversi sunt a via
mala. Jone iii. littera secunda

Audire nolebat Roboam rex
consilium seniorum sed iuve-
num et amisit decem tribus. Regum
xii°. Dixit Daniel Nabuchodonosor regi: Con-
silium meum placeat tibi, peccata tua
elemosinis redime. Sed rex non audiens
mutatus est in bestiam fenum come-
dens ut bos. Daniel iiii°. Nolue-
runt ipsi attendere verbum dei sed averte-
runt scapulam recedentes et aures
suas aggravaverunt ne audirent legem
et verba que misit deus. Facta est indig-
natio magna a domino deo et locutus
est prophetis audierunt sic clamabunt et
non exaudiam eos dicit dominus. Za-
cha. Omnis qui audit verba mea et facit
ea assimilabitur sapienti viro qui edifi-
cavit domum suam supra firmam pe-
tram. Qui vero non audit et non facit
similis est stulto qui edificavit super
arenam et erat ruina eius magna. Di-
cit dominus Mt. vii°. Et tunc dixit Ihesus
discipulis suis: Vobis datum est
nosse misterium regni dei, illis autem
non est datum. Sequitur: ideo in
parabolis loquor illis quia viden-
tes non vident et audientes non au-
diunt ut impleatur in eis prophecia
Ysaie vi°. Dicentis: Auditu au-
dietis et non intelligetis et videntes videbitis
et non videbitis. Incrassatum enim est
cor populi huius et auribus graviter audie-
runt et oculos suos clauserunt
ne quando videant oculis et auribus audi-
ant et corde intelligant et convertantur
et sanem eos. Mt. xiii°. littera tertia

Audiebat Maria Magdalena
verbum Christi et ideo commendata est ab
ipso. Luc. x°. Item quedam mulier extollens

extollens vocem dixit Beatus ve
ter qui te portavit et ubera que
suxisti etc. Dixit dominus quinymo be
qui audit verbum dei et custodit illud
Luc. xi° Item sive faciens voluntate
domini et non faciens vapulabit plagis
multis Luc. xii° Qui est ex deo ver
ba dei audit. vos non auditis quia
ex deo non estis Joh. viii° Item
non auditores legis iusti sunt apud
deum sed factores iustificabuntur Ro. 2
2 d. Estote factores verbi et non audi
tores tantum fallentes vosmetipsos
Jacobi primo Item audito sermone
Petri in festo penthecostes post adventum
spiritus sancti compuncti sunt corde et
baptisati tria milia Actuum ii° Si
hec scitis beati eritis si feceritis
ea Joh. xiii° littera quarta

Audire debemus tria Primo di
vinam legem Ps. Attendite
popule meus legem meam Ps. 7
lxxvii° Qui avertit aurem suam
ne audiat legem oratio eius exe
crabilis est. Secundo sanam prelatorum
doctrinam Gregorius primo Obe
dite prepositis vestris et subiacete eis
ipsi pervigilant quasi rationem pro animabus
vestris reddituri Heb. x° Qui
vos audit me audit Tercio paupe
rum clamorem Thobie iiii° Ne
avertas oculos tuos ab ullo pau
pere Prov. xxi° Qui obturat aurem
suam a clamore pauperis et ipse cla
mabit et non exaudietur Quidam
non audiunt deum clamorem pauperum quadruplex
aut quia longe sunt per desperationem
Canticorum vi° Revertere revertere su
namitis revertere revertere ut intueamur
te Aut secundo quia nimis dormi
unt per presumptionem Prov. vi° usque
quo piger dormies quando consurges de somp
no tuo Aut tercio quia obturare au
res eius per abundantiam diviciarum
Ps. Non exaudiet vocem incanta
tium Aut quarto quia mala so
cietate sociata Ezech. ii° Filii ho
minis increduli et subversores sunt te
cum Item sicut lucerna sine lam
pade nisi subministrans oleum ex
tinguitur sicut verbum dei nostri quod
recedentes accipimus nisi assiduus me

ditatur doctrinis aut meditationibus
scripturarum extinguitur et non satis illu
minat animam Crisostomus omelia lvi Qui
audiens negligenter verbum dei non minus
reus erit quam qui corpus Christi negligentia
sua in terram cadere permiserit Augustinus
xxi q. i c. Interrogo Item Dele
bilius magis sculptile quam ostia li
impressit in tua anima et sic nichil
(?) turmultibus liberari Augustinus ante
Crisostomus omelia xlii Item qui non in
telligit quod audit perdit quod au
dit Crisostomus omelia lvii Item fre
quenter ea ipsa audire et frequentibus pro
dest quod Ambrosius septimo super epistolam
ad Ebreos Item aures bonas et que
libet utilia prudenter distinguit audita
obediter operatur intellecta Augustinus
quadam epistola Item omnis qui audit
et legit ea que de ineffabili et inme
stimabili divinitate lucet scripture studeat i
mitari atque sequi quod venerabilis
doctor Augustinus in primo libro de trinita
te de seipso ait. non pigebit me in
quit sicubi hesito querere nec pude
bit sicubi erro discere. quisquis er
go legit et audit ubi pariter certus est
pergat mecum ubi pariter hesitat querat
mecum. redeat ad me ubi errorem suum cognoscit
meum revocet me ita ingrediamur simul
caritatis viam tendentes ad eum quo
dictum est. querite faciem eius semper
Et ille liber primo distinctione i. capitulo
i° cum aut plus est quam dominus littera

Aureola aureola aut prima
tribus quibus homo debet
quod patet multiplicari Primo
ex operibus excellentibus et non omne
potest excellentissimum autem opus quod
incomparabile est observatio castitatis vir
ginalis Excellentissimum autem opus ia
sibile est passio mortis Unde patet
quod virginibus predicatoribus et martiribus de
betur aureola Tercio patet quod virginibus
predicatoribus et martiribus suis et suffragia ex
hostibus quibus impugnatur homo Tres
sunt inimici mundus caro et dyabolus Martir
res enim mundum virgines carnem et pre
dicatores dyabolum vincunt Quia
homo non solum de se sed de cordi
bus aliorum expellit Tercio patet per
victoriam triplicem passionum. sunt enim

passiones innate illate et in cordibus
a'emis secundum passiones matris perss-
rant virgines collatas vo' martires
collatas aut q' sunt in a'emis cordibus
vincit predicatores Quarto distin-
guntur aureole secundum ea que in xpo
nobili esse conformat Cristus enim
fuit doctor secundum quod veritatem mundo
manifestauit. fuit quoque virgo secundum quod
passionem a mundo sustinuit. fuit et v'-
go secundum quod puritatem seruauit ut
Thomas ut infra litt'a secunda

Aureole quoque sumuntur secundum pri-
figurationem in veteri testamento tria
aut signat aureolas sicut legitur Exo-
do xxv° scilicet altare incensi archa federis
et mensa propositionis Primum signat aureo-
lam martirum qui corpora super altare
passionis ymolauerunt Secunda signat
aureolam virginum quia sicut archa
fuit auro intus et extus decorata
ita virginitas mentem et corpus ornat
Tercia significat aureolam predicatorum
quia sicut mensa se ad propositionis panes
ministrat. ita doctores panes doctrine
ministrat et c. littera tercia

Aureola diminutiue dicitur h' in
comparacione ad auream Vnde non
sunt aureolam auream. et palmam
differencia est Aurea enim premium substan-
tiale et propter metha'e tamen ex parte mente
quia non videt premium operis sed radi-
caliter tamen ex parte premii quia per h'
efficitur homo particeps diuinitatis et per
consequens regie potestatis tamen circa
racionem perfectionis quod signat singularis
Aureola vero est premium actuale non
tamen quodlibet actuale sed id quod
respondet operi excellenti et piu... v'
martirio virginitati et predicacioni Palma
est premium actuale quod non radia' nec
opi debe' sed vo' tale premium habuit
sanctus Martinus ex eo quod martirium
desiderauit. licet opus non fuit conse-
quutum Vnde canta' de ipso. quam et si
gladius persecutoris non abstulit tamen
palmam martirii non amisit Sanctus Tho-
de veritate theo° vij° lib° cap° xxviij
Aureola primo littera quarta
debetur martiribus propter sanctissimam
victoriam quam habuit in pugnacione ex
tidi' ex duobus primo ex magnitudine

passionis exterioris. quia inter passiones
exteriores principue mors tenet lo-
cum principalem dolor tactus omnibus a-
liis doloribus primum et in h' gloio-
sior victoria eius Secundo considerant
ex causa pugne que ipse xpus est
Martirem enim non facit pena sed
causa. vel mors propter xpm suscepta Ter-
cio eciam quod martirio non debetur premium sed
secundum h' quod voluntarie sustinetur quia
non meremur nisi per ea que sunt
in nobis et non per ea que sunt extra
nos. sic nec demeremur nisi per ea que
sunt intra nos. quanto autem illud
quod quis sustinet voluntarie differ-
t... est voluntati sustinentis tanto
voluntas quam propter xpm illud sustinet
ostenditur firmius in xpo fixa et ideo
excellentiam ei debetur premium aureo-
la secunda debetur virginibus propter singu-
larem victoriam quam de carne ob-
tinent cum qua continue bellum ge-
ritur Collig' vero virginibus centesimum
debetur que fructum habet virgin-
itatem seruandi continue h' fructum
sit interruptu integritate cum castitate
carnis manente Quomodo in fine vi-
te incarnatur premio proposito ad premiu
fructum redimitur quia virginitas me-
tis repar' sicut carnis vero non Ter-
cio eciam est quod virginibus debetur fructus
centesimus. et h' quia celestem vi-
tam ducat que signa' per centum
quia numerus ille transit de leua
ad dextram. viduis vero debe' fructus
60us quia tales se exce dent in o-
perilibus iure que per bona signa'
tur Coniugatis aut debe' fructus
tricesimus. quia talibus sufficiat imple-
re decalogum in fide trinitatis ex decim
cum trinam in 10 sunt 30 lra quinta

Aureola vero tercia est predicato-
rum qui perfectissimam victo-
riam contra dyabolum obtinet. quia de-
mo solum dyabolo impugnati non
cedit. sed eciam illum de regno suo
expellit non solum a se tercia ab
aliis nec est Tercium dicendum nec quidam
nolebat quod aureola predicatorum de-
be' tamen quibus expetit predicare
et docere. sed quicumque qui extra vacat
actum illum placere aut debetur
non

q̄ ancola quamvis habeat officium p
dicandi nisi actu exercite predicacionis
quia ancola non habitu sed actu pug
secundum illud apostoli ij ad Thimo ij° Non
coronabitur nisi qui legittime certavit No
tandum quamquam predicare et docere ni
sit actus nimie excellentissimus quia
maxime elevacio et x maiorem solli
citudinis sequestracio inter spirituales e
lemosinas laudabiliter computatur
Hec idem ca° xxx° **littera prima**

B aptismus In baptismo
xpi notantur eius humi
litas et nostra utilitas
Primus humilitas notatur
in quatuor. primo quia
venit ihesus xpus doctor
salutis et non indigens salute Se
cundo in iordane ubi creatur ele
mentorum subiecit se humili elemento
aque Tercio quia ad Johannem
dominus ad servum rex ad sutiferum sol
ad luciferum Quarto venit ut
baptizaretur ab eo scilicet fons a rivu
lo plenitudo a stilla auctor bapti
smi a baptismi ministro Utilitas no
stra notatur in quatuor que nostra bap
tismum xpi evenerunt Primo quia xpus
confestim cum baptisatus fuit ascendit
de aqua per quod in nobis notatur gra
cie infusio homo enim per baptismum
liberatus a culpa ascendit ad virtu
tes Secundo apertum est celum per
quod notatur hominis post baptismum
descendentis evolacio Tercio descen
dit spiritus sanctus corporali specie sicut
columba super ipsum per quod notatur
quod baptismus facit hominem spiritus
sancti templum Quarto vox
patris audita est hic est filius meus
dilectus in quo notatur quod per baptismum
de filio ire fit filius gracie In
baptismo xpi notatur substancia no
stri baptismi scilicet baptisans bapti
satus materia forma intencio bapti
sans fuit Johannes in quo nobis
minister sacramenti designatur Bapti
satus fuit xpus scilicet verum bapti
smum consecrans. quia contactu sue
mundissime carnis vim regenerativam
dedit aquis Materia fuit aqua
magis que et communis ceteris liquo

ribus ad baptismum tamen existens
Forma vocatur per testimonium trinita
tis affuit enim ibi pater in voce filius
in carne. spiritus sanctus in columbe
specie Intencio consequitur formam
vocis enim ut ait philosophus Sunt in
voce earum passionum que sunt in anima
per vocem patris que audita est in
baptismo xpi notantur dignitates vel
excellentie domini nostri ihesu xpi Primum
enim dicitur hic est commendatur a vera
inefficacia quia solus deus habet ve
rum esse Omne enim esse a forma est
deus autem deest forma sine materia ut
dicit Boecius Secundum enim dicitur fi
lius xpus commendatur a similitudinis
convenencia ex eo namque quod filius est
sit ut ille propter quod dicitur filius y
mago patris potius quam spiritus sanctus
propter racionem quam habes vi ymaginis
Tercio Tercium cum dicitur meus xpus in quo
substancialis Quartum cum dicitur dilectus
commendatur ab amoris benivolencia Johannis
iij° pater diligit filium et omnia que
habet dedit in manu eius Quartum dicitur
In quo michi bene complacui commendatur
a speciali complacencia Et non quod com
placitum est quieta voluntas Unde
complacui. i. cum spiritu sancto in fi
lio secundum naturam assumptam quieui
Sanctus Thomas de veritate theologie libro
iiij° ca° x° **littera secunda**

B aptismus est ianua omnium sa
cramentorum quia conferetur
nulli aliud baptismum in ecclesia et quod
illorum ad ... De substancia baptismi
sunt quinque primum est expressio forme
verbalis a domino institute que hec est
Ego baptiso te in nomine patris et
filij et spiritus sancti amen absque e
missione vel addicione dictionis et abs
que prepostoracione ordinis et absque
commutacione ut si ponat loco patris
et filij et spiritus sancti nomine potentis
sapientis et benigni. qui in quocunque ydiomate
baptismate baptisatur ideo debent
ad nomina imponi apparata clavis per
sonis sed expressa nomina personarum si
militer in loco baptiso non debet poni
mergo et tingo Secundum est per elemen
tum aque ablucio in toto corpore
vel saltem in digniori parte Tercium

e quia immersio illa fiat ab uno
et non pluribus eodem tempore sicut in forma
verborum exprimitur. ita quod non unus pue-
rum mergat et alius verba proferat. Ter-
tium est intentio vel specialis vel genera-
lis. specialis autem intentio est ut ille
baptisandus mundetur. generalis est facere
quod facit ecclesia. Intentio quoque
illius requiritur qui est baptisandus
si est adultus. quia si invitus bapti-
satur non recipit caracterem. Quartum
est fides baptisandi. que in adultis
requiritur fides propria sed in parvulis alie-
na. quia parvuli in fide ecclesie baptisan-
tur. Baptismus autem fit in aqua et
non in alio liquore. quia enim per
peccatum primi parentis meruerunt immundiciam
ignorantiam et concupiscentiam. per bap-
tismum ab hiis tribus liberamur. et hec
nota in proprietatibus aque scilicet puritate
te perspicuitate et frigiditate ab estu
concupiscentie nos temperat. Item bapti-
smus fit in aqua ne inopia ex-
cusaret. et ne propter defectum salutis ho-
mines periculum incurrerent. si in alio li-
quore fieret ut [illegible] apud [illegible]
[illegible] baptisandi materia. Triplex
est baptismus scilicet fluminis. flaminis
et sanguinis. inter hos tamen est diffe-
rentia. Baptismus fluminis a tota
pena liberat et a culpa et gratiam et
virtutum infundit et caracterem imprimit
Baptismus flaminis delet culpam
non tamen semel sed pluries et tamen gratiam
in usu in spiritu consistit minime
Baptismus sanguinis liberat ab om-
ni reatu et confert statim premium et-
ternum et mortem statim evolat in celum
Ex hiis patet quod quis sit melior inter
hos baptismos quia se habent
ut excedencia et excessa. **Littera tercia**

Baptismi quedam est sacramentum
tantum ut ablucio exterior quedam
res tantum ut gratia interior. quedam res
et sacramentum simul ut caracter
Octo sunt de solemnitate baptismi
que non sunt de substantia. Sal ole-
um crisma cereus cenale sali-
va flatus vincturam baptismalem
ista significant quod cum patrinis non
iuvat esse sed ornant. In quatuor
locis baptisandus vngitur scilicet

in fronte ut quidquid publice profite-
tur in vertice ut agenda subtiliter
ab eo intelligantur. Inter scapulas
ut iugum dei suaviter portetur.
In pectore ut scilicet dilecto corde deus
diligatur. Baptismus fuit institu-
tus materialiter quando Christus baptisatus
et formaliter quando dixit Ite docete om-
nes gentes baptisantes eos. Finaliter
quando ait Nicodemo Nisi quis rena-
tus fuerit etc. Effective quando Christus pas-
sus est. Effectus baptismalis multi-
plex. Ad sacramentum preparat quia baptis-
mus est sacramentum intrancium. A peccato
mundat quod figuratum est in mari
rubro ubi submersi sunt egipcii.
Notandum autem quod in baptismo ori-
ginalis peccati deletur macula et fo-
mes vero non tollitur sed remittitur
penam relaxat. Unde puer induitur
veste candida. Spiritualem illuminat.
Unde sal ponitur in ore pueri. Con-
cupiscibilem ad bonum inflamat.
Unde datur candela puero. Irasci-
bilem confortat. Unde israel vicit
amaleth per transitum maris rubri.
Gratiam tribuit quod signatur per colum-
bam que sedit super Christum baptisa-
tum. Caracterem imprimit quod signa-
tur per mare vitreum. Appetitum [illegible]
et fomitem mitigat quod signatur aque
frigiditate. Communionem [illegible]
[illegible] [illegible] fuit [illegible]
sanctificatus fuit in utero a satisfac-
tione exinde liberat quia baptismus
non requirit gemitum neque planctum
intelligere exterior. Nam interior exigitur
in adulto scilicet contricio. Potestatem
dyaboli minuit quod intelligitur
in exsufflacione. Ianuam celi ape-
ruit quod signatur quia Christo aperti sunt
celi. Notandum autem quod passio Christi
aperuit ianuam paradisi per contri-
cionem et satisfactionem generalem
Baptismus autem aperuit portam effi-
cientem singularem. facit enim sin-
gularem hominem evolare ad
laudandum. aures ad audiendum ape-
ruit. Unde ponitur saliva in ore et in au-
re pueri. templum dei efficit. Unde
dicitur baptisato. Exi immunde spiritus
et da locum spiritui sancto. laudabi-

lem eorum et reddit Unde balsa-
mus est in crismate solent pueri
baptisandi usque ad pascha et penthecosten
nisi urgeat necessitas vel timeatur pe-
riculum reservari ad significandum quod in
baptismo fit reparatio spiritualis et quod
datur gratia spiritus sancti littera quarta

Baptismus Christi et iohannis quidem conve-
nerunt et in modo ingendi sed dif-
ferebant in forma quia baptismus
iohannis tradebatur in nomine ven-
turi Differebant etiam in effectu bap-
tismus Christi et baptismus iohannis non
solum in fine quia baptismus ioha-
nnis assuefecit ad baptismum Christi
Cathecismus et exorcismus tamquam
preparatoria premittuntur baptismo ut
in ipso gratia efficiant operentur Tri-
bus de causis cathecismus institu-
tus est primo propter instructionem de arti-
culis communibus ad fidem suscipiendam
Secundo propter fidei responsionem ad per-
fectam vel confessionem Tertio propter fidei
sponsionem ad fidei observationem quia
vir adultus proprium peccatum habet et per se
respondere potest requiritur hoc ab eo per-
sonaliter autem quia non habet peccatum actua-
le nec per se credere potest requiruntur hec
ab eo per vicarium quia pro eo crede-
bat de fidei observantia Exorcismus
ideo statutus est ut a baptisato potestas
dyaboli repellatur non propter delictum
hominis dyabolus potestatem in homine
accepit et etiam in illo quod venit
in usum hominis Unde tam adulti
quam pueri exorcisari debent ad expul-
sionem tam nocive potestatis secundum Thomam
de veritate theologie libro vi° capitulo vi°
et Nono littera quinta

Baptismus Johannis Con-
venientissimum quod missus erat
Johannes ad baptisandum non tantum
propter necessitatem dandi baptismo sed
ut per etiam ad baptismum veni-
ebat preveniam filii dei in corpore pre-
dicaret Unde dicit ut manifestetur
in israel ideo ego veni in aqua bap-
tisare secundum Crisostomum omelia iiii Item
baptismus quintuplex nobis est Primus
unus in lege sicut Christus dicit Johannis xv°
Et vos mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis Secundum in

aqua sicut cunctis manifestum est Un-
decimo ultimo Euntes docete omnes
gentes Tertium in spiritu dicit septimum
est Actuum 17 ii Johannes quidem ba-
ptisavit aqua vos autem baptisabimini etc.
Quartum vero in igne quod est te-
stato primo Unde dominus per ysaiam
prophetam Auferam inquit filiorum iste
sordes de medio eorum et sanguinem
eorum mundabo in spiritu iudicii et spiritu
combustionis Item psalmus Quoniam probasti
nos deus igne examinasti etc. et a-
libi Transivimus per ignem et aquam si-
cut enim aurum et argentum combus-
tum in fornace sordibus tollitur
sicut homo in fornace temptationis
missus deponit peccatis sanctificatur
Quintum in morte sicut Christus dicebat
baptismo habeo baptisari Et quod in
morte peccatum remittitur docet apostolus
Romanorum vi° Qui enim mortuus est
etc. secundum Crisostomum omelia v^a littera vi^a

Baptisandum puerum accommo-
dat mater eius aliorum pe-
des ut veniat aliorum cor ut cre-
dant aliorum linguam ut fateatur
ut quoniam quod egri sunt alio peccante
preguantur sic tamen quod sani sunt alio
pro eis confitente salventur Augustinus
de unico baptismo libro v° Item ne
tantum valet baptismus per hominem con-
temptibilem quantum per apostolum datus
Nec illius nec istius sed Christi est cuius
fatur Sequitur Alius ab alio ma-
ius vel minus dici non potest Item au-
gustinus super Johannem et baptismus talis est
in cuius potestate datur non qualis per
cuius ministerium datur Augustinus super Johan-
nem Quid gaudes quia baptismum
habes secundum habes quod Symon ma-
gus habuit Habuit enim baptismum
sed visceribus columbe non habebat
ideo dictum est ei petro Pecunia tua
tecum etc. Noli gloriari de baptisma-
te nil tibi prodest si non caritatem ha-
buisti ebriosi multi avari multi gu-
losi habent baptismum sed columba ge-
mitu non eorum Augustinus super Johannem
omelia xi Quatuor sunt gra-
duum Nam per bonos dispensatur
baptismus cum per sanctos baptisatur sicut
petrus Ananias baptisavit saulum

paulum philippus Timotheum · per ma
los mali · cum qui baptisant et qui
baptisantur iniqve et inpie vivunt
quam multi sunt hodie editas per
malos mali cum boni sunt qui bapti
sant · et boni qui baptisantur sicut sic
electi quia unda tradente baptisati
sunt per bonos mali cum boni sunt
qui baptisant et mali qui baptisantur si
cut a sancto petro symon magus
baptisatus est · Gregorius in omelia mox
spiritus sanctus et ante baptismum genti
lium cor perfudit qui magistri in in
teriorum partibus membris nisi per aquam
baptismatis venit Zacharie xiiii°
Exibunt aque vive de ierusalem · id est etiam
orientale medium earum ad mare no
vissimum · id est actuale · Baptismus ho
minis etiam figuratur in veteri testamen
to primo in lavacro quod ad eam fieri
mandavit erectum ante ingressum templi do
mini in quo primo lavabantur sacerdo
tes prius quam ingrederentur templum
iiii Regum v° · Secundo in lotione Na
aman syri leprosi in iordane ad preceptum
septimum Elisei prophete ubi mundatus
est scilicet per septenam lotionem figuratur
ablucionem septem peccatorum mortalium
iii Regum v° · Tercio per ingressum
filiorum israel in terram promissionis per ior
danem qui mirabiliter fluvius indicavit ut
Iosue primo

littera septima

Beatitudines · Beatitudines se
ptem sunt in genere secundum distin
ctionem graduum · speciatim octo sunt
secundum enumerationem quam salvator enu
merat in monte in sermone scilicet pau
pertas spiritus mititas luctus esuries
iustitie · munditia corporis · munditia pax
Harum beatitudinum numerus accipi
tur secundum integritatem perfectionis tria scilicet
Recessus a malo · processus in bono
perfectus status in optimo · Malum
aut procedit ex timore superbie aut
ex rancore malicie · aut ex languo
re concupiscentie · Contra hec tria sunt
tres beatitudines paupertas spiritus
contra malum tumoris · mititas contra
malum rancoris · luctus contra ma
lum libidinis · Item processus in bo
no attenditur secundum dimanationem
que est secundum duas vias dei scilicet

misericordiam et veritatem de quibus in
psalmo · Universe vie domini mi
sericordia et veritas · Igitur secundum
has duas vias sumuntur due
beatitudines scilicet esuries iustitie et
affectus misericordie · Perfectus sta
tus in optimo attenditur in duo
bus scilicet in limpida cognitione
et in tranquilla affectione et secundum
hoc sumuntur ultime due beatitudines
scilicet munditia cordis ad deum vi
dendum et pax mentis ad perfecte
fruendum · Per beatitudines excludun
tur septem vicia capitalia · Pau
pertas spiritus excluditur superbiam · Man
suetudo iram · luctus acediam
quia qui luget pro peccatis alios non
invidet illis · Esuries iustitie aua
riciam · munditia avaritiam · munditia cor
poris gulam quia corporis mundi
tia non sunt ventri admodum
bruti animalis · pax excludit lu
xuriam · quia quietatis spiritus destruitur
omnis eius id est desinit sapor carnalis
corporis · Ut in canticum de non
cordis artificiat quia prepo
nuntur digniores ita in beatitudinibus
est naturale ubi digniores ponun
tur ultimo

littera secunda

Beatitudo prima est paupertas
spiritus quia sumitur hic pro abdi
catione ab amore mundi · id est ab ad
re carnali voluptate et divi
ciarum ac pompe excellentie · Contra
amplectitur amor mundi · Unde
dicitur plinius · Pauper sunt qui
non querunt illecebras super carnis
quorum pauperes spiritu sunt humi
les domini timentes · Alia glossa de
in spiritu pauperes sunt quoniam hu
berent et non possiderent

littera tercia

Beatitudo secunda est mititia
Magis ut dicit Grego-
rius est quando non demeat non pati
Est autem mititas eadem cum man
suetudine · Habetur enim ex glossa super
Math. quia mansuetus est qui nullam
amaritudinem animi sentit · Ex quo
patet quod mansuetudo est puritati
animi et potest dici quod mansuetudo
est illud idem cum patientia quia
patientia est sustinentia molestia

rium calumpnia carnalium. mansue
tudo vero sustinentia contumeliarum littera
Beatitudo tercia est luctus quo dicitur
Beati qui lugent pro peccato et odiunt quarta
ipsum ita quod insurgimus ad destructionem
eius. lugere autem de malo vt fugia
mus ipsum inquantum addit ab amato
sic lugere est solius caritatis. lugere
vero de aliquo malo specialiter est cuius
libet virtutis. luget enim quelibet virtus
de suo contrario littera quinta
Beatitudo quarta virtus est E
surire iusticie sive summi boni
esuries aut iusticie potans est bea
titudo quam esurire aliarum virtutum car
dinalium. quia per iusticiam mediate
coniungimur deo quod non fit per virtu
tes alias cardinales. iusticia vero
put hic sumitur comprehendit fidem
spem et caritatem. que mediate con
iungunt nos cum deo littera sexta
Beatitudo quinta est misericor
dia per quam preceteris cele
stia meremur opera misericordie sunt
quatuordecim videlicet septem carnalia
et septem spiritualia. Corporalia sunt
hec visitatio infirmorum. potatio siti
encium. cibatio esurientium. redemptio
captivorum. collectio peregrinorum. se
pultura mortuorum. Prima sex ex
ponis habemus in evangelio septimum ex
Thobia. Opera misericordie spiritualia sunt
hec delinquenti ignoscere. peccantem
corripere. ignorantem instruere. turba
ti consulere. mestum consolari. pro salu
te proximi orare. iniurias sustinere. et
hoc ultimum preceteris dicitur opus mi
sericordie quia responsio mollis et hu
milis frangit iram et hoc primum est fuo
rem irati mitigare littera septima
Beatitudo sexta est mundicia cor
poris qua clarificatur cor et
mundatur ad videndum deum et ardo
tissime diligendum. Accipitur aut
mundicia corporis hic non pro virtute
sed pro statu quod est purgati animi
Beatitudo septima littera octaua
est pax que est status virtutis
in quo est delectatio in deo sine con
tradictione carnis et mundi et dya
boli. Vbi si acta est inefficax est vir
tus quia pax est purgatissimi animi
paciicis magis attribuitur esse filios
dei quam aliis. quia licet vna assimi
let hominem deo quantum ad opera ex
tra tamen ad interiora magis assimi
lat pax littera nona
Beatitudo octaua est de qua dici
tur Mathei quinto. qui persecucionem
patiuntur propter iusticiam et hec virtus
scilicet sustinentia persecutionum propter iusti
ciam annexa est paci. tunc enim paci
ficus fit absque contradictione carnis
mundi et dyaboli patet quod idem patitur
est superare temptationem iniurie. Vnde
sustinere mortem pro Christo in eodem gra
du est cum pace. propter quod dicimus
octo sunt beatitudines quantum ad es
sentiam sed tamen septem quantum ad
distinctionem graduum. quia supra pa
cem non est virtus alia. Dicit enim
Augustinus Pax est finis et consummatio o
mnium virtutum. Octaua beatitudo dicitur
redire ad caput tribus modis. Primo
quia idem premium sibi promittitur quod
prime beatitudini scilicet regnum celorum. Se
cundo quia omnes probat a prima ad
ultimam virtutum vere sunt Gre
gorius. Qualis quisque apud se
lateat illata contumelia probat. Ex
dictis colligitur quod habitus virtutum car
nalium principaliter disponunt exer
cicium active. Habitus vero donorum
theologicorum disponunt ad actus con
templatiue maxime habitus beati
dinis disponunt ad perfectos virtutes
Sanctus Thomas de virtute theologica li
bro tercio libro iiii et v littera septima
Beatitudo aut duplex est
scilicet vie et patrie. Beatitudo
aut vie consistit in perfecta eua
cuacione miserie et culpe et quo ad
essentiam. et quo ad occasionem
quam iste virtutes euacuant culpa
et disponunt ad beatitudinem patrie
dicuntur beatitudines ideo. Beatitudo
aut patrie consistit in omnimoda
euacuacione vel cessatione miserie scilicet cul
pe et pene. et sic dicuntur beatitudines
prima dona beatitudinis concludenda
Secundo secundum quod sanctum glosam
super Mathei v. quod virtutes ad dona
et dona ad beatitudines preueniunt. Vnde
virtutes dicuntur mira bene apta

come 7 eradicacionem culpe quo ad
essenciam Secunda autem per egressum
quia dum expedit actum virtutis et
perfectio operetur beatitudines autem
dicunt consummacionem sive terminum quem
homo habere in via et omnem culpam
evacuet 7 omnem culpe occasionem et
destabilitur operetur bonum quantum possi
bile est viatori 7 ideo dicuntur iste bea
titudines virtutes purgati animi quia
scilicet purgant etiam ultra purgacionem
Prima beatitudo autem que est paupertas
est summa rerum abdicacio sive alie
nacio 7 ideo promittitur ei regnum litte
Beatitudo sive ra tercia
Beatitudo prima in mundo est paup
tas superiorum spiritus que adaptatur ti
mori 7 expellit superbiam cui contra
tur quia paupertas spiritus humilitas
est cui promittitur regnum celorum Secunda est
mititas sive mansuetudo que competit
dono pietatis 7 expellit iram que
mitis est qui ira vel rancor afficit
cui videt premium scilicet possessionem viventium
Tercia est luctus qui est dolor pro comi
ssione formatus qui indicat faciem
domini quo fiunt agnosce misericordiam
[illegible] 7 primis vite statum que sunt
causa luctus sunt qui enim addit
scienciam addit 7 dolorem cui respondet
pro premio consolacio eterna in qua
absterget deus omnem lacrimam 7 eva
cuat invidiam Quarta est esuries
7 sitis iusticie que dono fortitudinis
adaptatur que est in suscipiendis pe
riculis pro iusticia 7 fide que expellit
tedium boni scilicet acciam cui respon
det beatitudo eterne saturitatis Quin
ta est virtus misericordie adaptatur do
num consilii quia docet nos aliis di
mittere minora ut nobis dimittantur
maiora 7 conferre terrena ut obtinea
mus celestia que expellit avari
ciam cui premium congruit 7 non est
mittere vel facere cum beatitudini corre
det misericordiam consequi Sexta est cor
dis mundicia cui adaptatur donum in
tellectus 7 contrariatur vicio gule eo
quod ingurgitacio gulosa sinceritati in
tellectus minor est maxime turbativa
7 cordis mundicie contrariativa cui
vera visio divina est promissa Septi
ma est pax vel pacificium cui corre
spondet donum sapiencie que est delectacio in
secundo in quo est summa quies 7 pax
7 que expellit luxuriam [illegible] va
gum reddit 7 instabilem cui respondet
premium scilicet dei esse filium Octava
vero est scilicet pati persecucionem propter iu
sticiam [illegible] 7 ostendit quod per
fectum est hoc respectu ad singu
la precedencia unde 7 beatitudo [illegible]
dens ei reddit ad caput [illegible]
virtutes perfectas omnes beatitudines
confirmans 7 continens Item beatitudo
triplex est Prima temporalium [illegible]
[illegible] Secunda beatitudo
spiritualium Beatus omnis qui timet
dominum Tercia beatitudo eternorum Bea
ti qui habitant in domo tua domine [illegible]
omnibus libro i° Dico beatam
vitam consistere in altitudine sa
piencie [illegible]
[illegible] non sine passione esse sed
victricem passionis beatum esse
Bella carnalia lra prima
[illegible] fudit sanguinem
humanum effundetur sanguis eius ad
ymaginem quippe dei factus est ho
Gen ix° Hec dicit dominus super pro
phetas qui seducunt populum meum qui mor
dent dentibus suis 7 predicant pa
cem Et si quis non dederit in ore
eorum quippiam sanctificant super
eum prelium propterea nox nobis pro visio
ne erit 7 tenebre nobis pro divinacione Mi
chee iii° Quia erit in novissimis di
ebus preparatus mons domus domini
in vertice moncium 7 elevabitur super col
les 7 fluent ad eum omnes gentes
Sequitur De syon exibit lex
7 verbum domini de ierusalem 7 videbitur et
non levabit gens contra gentem gla
dium nec exercebuntur ultra ad
prelium Ysaie ii° Psalmus lxvii° dissipa
gentes que bella volunt Vide
augustinum ibidem Bene vocat
dispersi quia sevit ubi
confirmat errorem quod
bella volunt quia non
unde Christus
dicit petro Mathei xxvi° Converte gladium
tuum in vaginam Omnes enim qui ac
ceperint gladium gladio peribunt

Et qui michi ministrauit me sequatur
Apoc. xvi° Spiritus demoniorum facien-
tes signa procedunt ad omnes reges
terre congregare illos in prelio. Et
infra Apoc. 13 b Qui in gladio
occidit oportet eum in gladio occidi. Item
Apoc. 20 Cum consummati fuerint
mille anni soluetur sathanas de
carcere suo et exibit et seducet omnes
gentes que sunt super quatuor an-
gulos terre gog et magog et congre-
gabit eos in prelium quorum nume-
rus est sicut arena maris. Item Ro-
manorum xii° dicit Nulli malum
pro malo reddentes Si fieri potest quod ex vobis
est cum omnibus pacem habentes non
vos metipsos defendentes carissimi
sed date locum ire scriptum est enim
Michi vindicta et ego retribuam di-
cit dominus Sed si esurierit inimicus tuus
ciba illum si sitit potum da illi
Hoc autem faciens etc. Noli vinci a
malo sed vince in bono malum. Item
Cor. 4 xiii° Deus non est dissen-
sionis sed pacis. Littera sexta
Bellum autem debet esse necessitatis
ut liberet deus a necessitate sed
conseruet in pace Non enim pax queri-
tur ut bellum excitetur sed bellum
geritur ut pax acquiratur Esto ergo bel-
lando pacificus ut eos quos expu-
gnas ad pacis utilitatem vincendo
perducas Unde dominus Beati pacifici
quoniam filii dei vocabuntur Math. v°
Si autem pax humana tam dulcis est
pro temporali mortalium salute quanto dul-
cior est pax diuina pro eterna salute an-
gelorum Quamobrem hostem pugnantem
necessitas perimat non voluntas. Augustinus
ad Bonifacium et habetur xxiii q.
i c. Noli existimare etc. Littera tertia
Bella ista carnalia nisi figuram
bellorum spiritualium gerent
nunquam ut opinor iudaicarum historia-
rum libri discipulis Christi qui venit pa-
cem docere legendi ab apostolis
fuissent traditi Quid enim
eis bellorum proficeret ista descriptio
quibus dicitur a Ihesu Pacem meam
do vobis pacem meam relinquo vo-
bis Et quibus per apostolum dicitur et
iubetur Non vos metipsos defendentes
tes sed magis iniuriam suscipite et ma-
gis fraudem patimini Unde demum
sciens apostolus nobis iam ultra bella
carnalia non esse gerenda sed animo tan-
tum contra spirituales aduersarios desudan-
quando per penitenciam peccata commissa punimus
et per continenciam deinceps punienda
non committimus et hanc demus in
nobis Post hec superest fides non
ficta que deo violenter exhibenda
est ut nec propter proximum cum puritatem
non impendimus offendamus nos
deum nec propter conscienciam quam per penitenciam
et continenciam in humilitate custodire vo
lumus minus exequamur mandatorum
dei obedienciam et hec est fides non
ficta. non ficta autem ponitur ad
differenciam mortue fidei et ficte
Mortua fides est que sine operibus
est et fides ficta que ad tempus cu
stodit et in tempore temptacionis re
cedit unde eciam ficta et fragilis
dicitur Secundum Bich in floribus libro
viij° capitulo xxvij° littera prima

Caro carnis desideria non per
ficiet(is). caro enim concupiscit
adversus spiritum. spiritus autem adversus car
nem. hec enim sibi invicem contrariantur
et non queciumque vultis faciatis ma
nifesta autem sunt opera carnis que
sunt fornicacio immundicia impudici
cia luxuria etc. Qui talia agunt
regnum dei non consequentur. Sequitur
qui autem sunt Christi carnem suam crucifi
xerunt cum viciis et concupiscentiis
Ad Gal. v°. Sequitur ca° sexto qui
seminat in carne sua de carne metet
corrupcionem. Contra Augustinus li° de spiritu
et anima ca° xiii° sic ait. Quibusdam
affectibus et quadam amicicia anima
corpori coniungitur secundum quam anima
nemo carnem suam odio habet
sociata namque hec eius societate
perfruitur ineffabili diligit illud
amat carcerem suum libera esse non potest
doloribus eius vehementer affligitur
formidat interitum et mori non po
test. timet per defectum quem per na
turam non potest deflere. Dulcium specu
lacione depascitur. sonorum delecta
tur auditibus suavissimis iocun
datur odoribus larga epulacione
reficitur. et hec huius imbecilitatis ipsa
vitatur gravi hominis merore affligitur
pro subtracione. Sequitur. Nove
quasi sunt foramina in humano cor
pore quibus naturalem contemperanciam
influit et effluit esse quod idem cor
pus vegetatur et recreatum regitur. Sequi
tur. Quoniam mira societas carnis
et anime Hec ille de carne et anima
Caro penas **lucta secunda**
spirituales non timet. Unde Cri
sostomus omelia 3. ait: anima est spiritus et
spirituales penas timet. carnales autem
non timet. Unde et inferni penas
huius mundi contempnit et futurum iudici
um timet. Unde spirituales cruciatur
Caro autem spirituales penas non timet
carnales autem timet et ideo mali
non cessant peccare nisi eos iudicia
carnalia et terrena compescant. ideo
ignorans dominus quia caro car
nales penas tantum timet spiritua
les autem non timet. inmittit super
vos carnales tribulaciones et tribu
laciones ut combusta caro disciplinam
timeat. et timendo angustias
suas non concupiscat malum. Contra
Crisostomus omelia xiiia. Caro non potest no
vasa non concupiscere que respicit sed
hec anima tamen est domina sue volunt(atis)
Caro sola nascitur. concupiscit vel
odit quod imitatur in contrarium. Caro
contradicit quod bis facimus. Caro difficile
est trahitur ad malum bonum agen
dum et post bonum opus cito ad vanam
gloriam labitur. Caro de vanitate
nata non potest non esse vanitatis amica
trix. Caro itaque potest tam audire sed vin
ci non potest vol(untat)em sed consilio. Hec ille
ibidem. Contra Crisostomus xviii. Caro pre
cipue delectatur in cibo potu et coitu
et sompno et tristatur in eorum oppo
sitis. eadem omelia lma. Carna
libus utens delectacionibus spiritualia
non novit. Caro tua vivit de anima
anima tua de deo tuo. Unaqueque
earum secundum vitam suam vivit. Cum
enim caro sua vite secundum animam vivit
si anima vivit secundum deum. Deus est
summe bonum. anima est magnum bonum
vivens inter summe bonum et parvum bonum
quia caro parvum bonum est quia creata
dei est. Anima vero non est debitrix carni
ut secundum carnem vivat. sed ex contrario
Igitur mortificanda est caro. et illi
dum non consentis mortificas cum
cepit omnino delectare mortificati hec caro
nostra quod est milicia nostra. Hec Augustinus
de verbis apostoli sermone lxxviii°. Contra Au
gustinus super Iohannem. Spiritus deficit ubi
caro requiescit et enim caro mollibus
sic anima duris nutritur. Illam blan
dicia confovet. hanc aspera exercet. Contra
Ieronimus in epistola. Quorumque pera
imus incentiva nobiscum portamus. in
et adolescencia duplex incendium
voluptatis et est **lucta tercia**
Carnalia dicuntur peccata
per quatuor. Primo propter vilita
tem. per Math. x°. Gloria ut pec
catorum stercus et vermis est. Secundo propter
corrupcionem. Ad Gal. vi°. Qui se
minat in carne de carne metet cor
rupcionem. Tercio propter fetorem. Iohelis
ii°. De cadaveribus eorum ascendet
fetor. Quarto propter inquinacionem

ij Cor. xvj Mundemus nos ab omni
inquinamento carnis Item Greg. lib.
xvjo Mor. Hij frequenter maiores
suscipiunt tribulationes ex carne qui
carnis voluptatibus delectantur Item
Aug. de v. domini sermone xlijo Sed
tibi deus prestet per spiritum sanctum ut
membra tua teneas. surgit libido te
ne tu membra. noli exhibere membra
tua arma tua iniquitatis peccato No
li armare adversarium tuum contra te. te
ne pedes ne eant ad illicita. libi
do surrexit tene tu membra. tene
manus ab omni scelere. tene oculos ne
male attendant. tene aures ne verba
libidinis libenter audiant. tene
totum corpus. tene latera. tene su
ma. tene yma quid facit libido
fugere novit vincere non venit Ille
Item Aug. de v. apostoli sermone x. Co
ncupiscentia tua talis debet esse ad dominum
ut nec sit ipsa concupiscentia et resiste
operis resistis non consentiendo vincis
sed melius hostem non habere quam vi
ncere. hostis ic aqui non erit
Castigatio Paulus apostolus scri
bens ad Hebreos ca. xijo dicit
Fili noli negligere disciplinam do
mini neque fatigeris dum ab eo arguta
ris. quem enim diligit deus casti
gat. flagellat autem omnem filium
quem recipit Apoc. iijo Ego quos
amo arguo et castigo Item Tobias
mox castiganda est mulier male
morigerata Primo dicendo secundum dominum
si autem timorem dei non sentit im
properando ut homines erubescant si
nec pudorem sentit frequenter confu
sa fiat illi quod precipit Salomon
Cor dirum baculo percute 9o primum
Ammone quia multum proficit doctrina
iustitie Unde confunde. quia fre
quenter pudor est frenum viciorum Et
non bonum est ut castigetur quasi anci
lla que erubescere nescit ut legitur
Gregorius omelia xxiija g Item
sepe videtur quod unus pro multis cor
rigitur Seneca qui peccat et non
ab aliis castigatur sed ipse se secundum mo
dum culpe et exemplum aliorum quod
multum prodit deus ut quanto magis
diucius eum expectavit tanto amplius
et iudicium dei fit iusticie et illorum
dignior pena Gregorius omelia xlij h
Castitas littera prima
Dixit ihesus discipulis suis
Quicumque dimiserit uxorem suam
nisi ob causam fornicationis et a
liam duxerit mechatur Dicunt
ei discipuli eius. si ita est causa
hominis cum uxore non expedit nu
bere qui dixit illis Non omnes que
capiunt hoc verbum sed quibus datum est
Sunt autem Eunuchi qui de matris
utero sic nati sunt et sunt eunu
chi qui ab hominibus facti sunt. et
sunt eunuchi qui castraverunt se
ipsos propter regnum celorum. qui potest ca
pere capiat Hieronymus Math. xixo Concu
piscentia spadones initulat Ca
ro v. castratos natura facit vio
lenta spadones Efficit impubitas
eunuchum sola voluntas Item
Sap. iijo Sciens quia non possum
esse continens nisi deus det Ysaie
lvjo Dabo eunuchis meis in do
mo mea locum et nomen melius
a filiis et filiabus dicit dominus
Daniel xo Ecce vir unus vesti
tus lineis et renes eius accincti
auro obrizo et splendido I Thes.
iiijo Hec est voluntas dei sanctificatio
vestra ut abstineatis a fornicatione
ut sciat unusquisque vestrum suum vas
et corpus suum possidere in sanctificatione
et honore Apoc. io Vidi precinctum
ad mamillas zona aurea Item Crisos
tomus per se effectus non valet clitrac
aut provocari ab aliis eunuchi potest
distinctam lvja Eunuchus et capi
tula multa littera secunda
Castitatis bona sunt tria
Primum est quia animam mirabiliter
purificat pulchrificat Sap. iiijo O quam
pulchra est casta generatio cum cla
ritate Immortalis est enim memoria
illius Secundum est quia angelis nos
assimilat Hieronymus in epistola Unde
de castitate et homines angelum facit
differunt inter homines et angelos scilicet fe
licitate non virtute. sed si angeli casti
tas felicior. hominis tamen fortior.
castitas sine caritate lampas est
sine oleo Tercium quia admodum

Balsami aspirabilis corruptionem fugat
Sic castitas ad instar balsami
odoriferi quo condita cadavera in-
corrupta servat sensus et actus continet
et constringit. Contra 1 Cor. vii° Mu-
lier innupta et virgo cogitat que
domini sunt ut sit sancta corpore
et spiritu que autem nupta est cogitat
que sunt mundi et quomodo placeat vi-
ro. Sequitur ibidem Qui matrimonio
iungit virginitatem suam et tamen
bene facit sed qui non iungit melius
facit. Item Augustinus de continentia vi-
duali in coniugali vinculo si pudi-
cicia conservatur dampnatio non timetur
si in virginali vel viduali continen-
cia excellentia muneris amplior ex-
petitur. quia expetita et electa et vo-
ti debito oblata iam non solum
inpiatas appetere capescere sed si non nu-
bant nubere nolle dampnabile est
Item Augustinus contra iulianum libro iiii° Pu-
dicicia virtus est animi virginitas corpo-
ris. Potest illa integra permanere
in anima sed ista de corpore violenter
auferri voluntate corrupta et ista ma-
nere in corpore integra sed illa in
animo lesa. Item Augustinus in sermone
lxx° super Mathaeum Audeo dicere super-
bis continentibus expedit cadere ut eo
ipso quo se extollunt humilientur.
Unde sit continentia tibi si domine-
tur superbia. Ambrosius de virgini-
tate. nec casta est que cogitur me-
tu nec honesta que mercede condu-
citur. Hec ille. Item Crisostomus omelia
xxxiii Nemo potest esse animo castus
qui corpore est lascivus. **Littera**
Castitatis commendatio **Tertia**
Si autem habes uxorem non
quid peccas nec tamen castitatis opus
dicens. vite non esse otiosus. si sine
uxore es ne quesieris uxorem. si
vidua es noli transire ad secundas
et tercias nuptias et optata es casti-
tatis vicem solvas abstine te a men-
struata abstine te a pregnante
no non exhauste sicut quod animalia ser-
vant Omne animal concepcionis
servat honorem et tempus Homo au-
tem solus inhoneste concepit contra dicens
sepius est aut dies ieiunii sua

et impleas appetitum proprium Nolite
fraudare invicem nisi forte ex con-
sensu ut vacetis orationi et ieiunio
1 Cor. vii° Sic Crisostomus omelia xxvi
Item Augustinus de verbis domini sermone xlvi
Multi viri quod dolendum est vin-
cuntur a feminis servant femine castitatem
quam viri servare nolunt et ideo quod
non servant se viros videri volunt quasi
propterea sit fortior sexus ut eum faci-
lius subiuget inimicus. Lucta est prelium
vir fortior femina ubi caput est fere
effeminatior pugnat et vincit. tu hosti suc-
cumbis. stat corpus et iacet caput
Qui dictum est uxores similes vos
uxoribus vestris quales eas vultis
venire ad vos tales vos et ipse
veniat. Quis invenies est qui vult
habere uxorem castam et virginem intac-
tam. intactam quero. intactus esto
purus quero noli esse impurus non
enim illa potest et tu non potes. et tu glo-
riosior eris quia illam servat pri-
vatum custodia refrenat verecundia. atque
leges timet. quas tu non times. ista
multa timet. sed non solum deum times
qui maior est omnibus. ipse timendus est
in publico ipse in secreto. Procedis vi-
det te intras videt te lucerna ardet
videt te extincta est videt te in cu-
biculum intras videt te in corde versaris
videt te iam si peccare vis quere ubi
non videat et fac quod vis **Littera**
Celorum celestium **Prima**
Gaudia sub epilogo vel brevi-
ssimo non singula generum sed quasi
principiorum Tot enim sunt gaudia par-
ticularia quot quilibet habet in se vel
in aliis quia ea solus deus noticia
comprehendit illa quorum prima sapi-
entia voluit ea scire tamen nemo
gaudebit quisque de bono ipso quod
tamen non est intelligendum de inten-
cione gaudii sed de modo gaudiorum
Tot igitur et tanta sunt ibi gau-
dia quod omnis arismetrica omnis gra-
matica dialetica et rethorica non
possunt ea sermonibus explicare
que oculus non vidit nec auris au-
divit nec in cor hominis ascendit
que deus. Gaudebunt igitur iusti
supra se de dei visione infra se

de celi et aliorum creatorum corporalium pulchritudine. Intra se de corporis et anime glorificacione. extra se de angelorum et hominum assonacione. subtus de hostium suorum dampnacione. Deus omnes sensus spirituales ineffabili delectacione reficiet. cum ipse obiectum omnium sensuum spiritualium sit futurus. erit namque deus specialiter visui cithara auditui vel gustui. balsamum olfactui. flos tactui. ibi erit claritas estivalis amenitas vernalis abundancia autumpnalis. requies hiemalis. Ibi enim teste augustino fulget quod non capit locus. sonat quod non rapit tempus. redolet quod non spargit flatus. sapit quod non minuit edacitas. heret quod non divellit sacietas. ibi deum sicut dicit augustinus sine fine videbitur sine fastidio amabitur. sine fatigacione laudabitur. ibi videtur stulticia sapiencia salomonis. ibi esset deformitas pulchritudo absolonis. ibi esset tarditas velocitas azaelis. ibi debilitas iudicaretur fortitudo samsonis. ubi esset mortalitas longa vita matusalem. ibi paupertas regnum augusti. ibi secundum augustinum nil obessendalis dee nil affluit nil defluit nil extra quod appetitur nil intra quod fastidiatur. Ubi secundum Boethium deus erit racionum plenitudo lucis voluntati multitudo pacis memorie continuacio eternitatis augustinus in libro de corpore et anime miseria vitas tuas illam vitam amplecti debuisti ubi vita sine morte ubi metus sine senectute. ubi lux sine tenebris. ubi gaudium sine tristicia. ubi pax sine discordia ubi voluntas sine iniuria ubi regnum sine commutacione merces sanctorum tam magna est quod non potest mensurari. tam multa quod non potest numerari. tam copiosa quod non potest finiri. tam preciosa quod non potest estimari augustinus et quod promittit deus fide non capitur. spe non attingitur et caritate non comprehenditur. desideria et vota transcendit. acquiri potest estimari non potest. Ubi secundum augustinum Carmina non desinunt. prima non deficiunt

ibi quod amabitur non deerit. ibi nil desideratur quod non assit. Illa beatitudo sicut ait augustinus in quinque consistit scilicet in inicia in presencia omnis boni et nova absencia omnis mali. De ista gloria sic loquitur augustinus O vita vitalis dulcis et amabilis et semper memorabilis ubi summa securitas. summa tranquillitas. tranquilla iocunditas. iocunda felicitas. felix eternitas. eterna beatitudo et beata trinitas sine fine visio atque laudatio dei ibi affluencia divinitatis influencia deliciarum confluencia bonorum. Denique de gaudiis celestibus non ubi mens cognoscenda dicitur amando fruendo. et subtile sicut corpus clarum parens nil pulcra voluptas plena et absque pari sensus carnaliter commemorat perplexus potens pax secura decus et gaudia semper carnalibus gaudia pax requies libera secura uniuersa. Non pectus sapiens sanus dulcis redolens laus aureolarum mr donatur virgo quod merentur effectus centenus sexagenus quod est tenus virginibus viduis coniugibus quod debetur. Sanctus Thomas de veritate theologie libro vii° capitulo ultimo

littera Secunda

Celestium distinccio

Corporalis aut mundi machina consistit in duobus scilicet in natura celesti et in natura elementari. Celestis autem distinguitur in tres celos principales scilicet Empireum cristallinum et firmamentum. Infra vero firmamentum quod est celum stellatum continentur septem orbes septem planetarum qui sunt Saturnus Jupiter Mars sol venus Mercurius et luna. Nomine autem celi cristallini aque intelliguntur purgate vel materie prime que secundum philosophos formata est in duos orbes quorum superior est primum mobile. Istorum orbium natura est quod omnes moventur excepto celo empireo quod quietum est. Natura vero elementaris in quatuor speras principales dividitur scilicet ignis aeris terre et aque. Spera ignis tria habet intersticia scilicet supremum quod vocatur igneum et medium ac infimum quod vocatur olimpicum

Aer similiter habet tria interstitia vz sup
mu̅ quod vocatur igneum ethereum ac
medium et infimum quod vocat aereum
Et in supremo est calor et lux quia sol
approximitatem Similiter enim in infimo
propter repercussionem radiorum solarium a
terra In medio aut interstitio ad quod
non potest attingere repercussio radiorum est fri
giditas et obscuritas in quo dicunt
habitare demones qui detrusi sunt
in hunc aerem caliginosum ubi engen
drantur tempestates scilicet tonitrua gra
do nives et similia Ex hiis colli
ge septem orbes terram et aquam
ambientes qui omnes possunt celi vo
cari Astrorum aut omnes excellit celum empireum
in quo est creator deus qui est in om
nibus et super omnia Distancia dictorum
orbium et planetarum hec est A terra
usque ad lunam sunt milia 17627
et fiunt stadia 8 a luna usque ad
mercurium sunt milia 11 mille 812
et semisse a mercurio usque ad ve
nerem tantum A venere usque ad solem
13 mille 633 dimidium a Sole us
que ad martem milia 17 mille 627
A marte usque ad Jovem 1 mille
812 milia a Jove usque ad Satur
num tantum A Saturno usque ad firma
mentum stellatum mille 33 mille 8
3 1 dimidium Ex hiis sequitur quod a ter
ra usque ad celum stellatum sunt
mille 109 3 1 7 mille Celum cri
stallinum per eius naturam simplicissimum esse
ncia subtilissimum in corruptione solidi
ssimum quantitate maximum qualitate
lucidum diaformitate proprietatis ma
teria purissimum situ aspectum locali
situ supremum amplitudine aliarum
creaturarum in se contentivum Iste proprie
tates cum celo conveniunt tamen empi
reo quam primo mobili licet sed propter hoc
celum empireum a motu est extrane
um bonorum spirituum habitaculum spe
cialiter sedes dei nuncupatum sed primo
mobili specialiter convenit scilicet quod
est motu velocissimum aut in inferio
ra virtutis influxivum Eodem modo
dicendum est de firmamento quod plu
res ei conveniunt de proprietatibus pre
dictis insuper est aliquarum divi
sum ac stellis decoratum Corpo

ra celestia dividuntur in lucencia et non
lucencia et diaphona Nam corpus lu
cens est sol qui solus inter sydera per
se lucet sed non lucencia per se sunt stelle
cete et planete que lumen suum a so
le mutuant corpora aut diaphona sunt
omnes spere celestes Spere vero celestes
tamen moventur non mutant locum suum
sed moventur in locis suis superiores influ
unt inferioribus virtutem motivam ve
getativam sensitivam ac eciam gubernativam
productivam Item accedunt qualitatibus e
lementaribus Non enim sunt calida fri
gida sicca et humida tamen ipsi commu
nicant inferioribus virtutem non influunt su
per liberum arbitrium nec habet virtutem
mutandi hominis voluntatem sed tamen
mittet ac disponat complexionem
hominis que voluntatem non habet quamvis
corrigere sed secundum maius et minus in di
versis hominibus inclinacionem Sunt quoque
corpora superiora distinctiva signorum die
rum secundum lunam solis et secundum distinc
cionem mensium secundum motum lune ac
distinccionem humorum secundum motum
solis in obliquo circulo ac distinccionem
temporum secundum varium cursum planetarum
dispariter eius cum ascensum et de
scensum retrogradacionem et statum
Thomas de veritate theologie libro 11 capitulo 37
et quarto et cetera Littera Tercia
Celum videtur esse triplex ut
dicit Augustinus de cognicione ve
re vite sic inquiens Stephanus quoque
non corporis oculis dum in celo
ultra firmamentum vidit cum nul
lius hominis visus nullomodo us
que ad celum pertingere possit sed eadem
oracio illa in qua Stephanus filium
christum conspexit firmamentum in do
mo aliqua fuit cuius tecti culmen ipi
us corporeus oculus minime pene
trare potuit Constat igitur quod non
oculo sed intuitu interiori hominis christum
non corporeo sed intellectuali celo vide
rit sed hoc fortassis ab aliquibus
calumpniosis obicitur stellas esse in
firmamento fixas et visum nostrum firma
mentum attingere dum eas vi
demus Unde non oculi nostri firmamentum
attingunt quia stellas aspiciunt
Non vero totum aeris spacium in medio

penetrant quia montes vt puta solidi corpora considerantur. sicut enim in mari remoto ab aspectu nostro nihil nisi aer undique conspicitur. illa vtique syderibus solidis videlicet corporibus sublatis nil nisi aer videtur. Quicquid autem in aere est vsque ad firmamentum a nobis nequaquam videtur propter ipsius spacii longinquitatem et ob nimie sue subtilitatem quod forte ostenditur quod apostolus vsque ad tercium celum raptus scribitur. sciendum est quod tres celos historialiter appellari et inter tres significative inveniri. Hic quippe aer primum celum historialiter vocatur. sicut habetur volucres quia in celo id est in aere volare videntur. Secundum celum ether nominatur vt habetur stelle celi quia in eo planete vago cursu feruntur. Tercium celum appellatur firmamentum sicut habetur astra celi quia sydera in eo fixa traduntur. Significative quoque tres celi leguntur quia tres visiones sensualis spiritualis intellectualis a sapientibus non nescium. Sensualis quoque visio cum colores et formas rerum exigimus. sed intus aliud celari vt in littera scriptura intelligimus. Hec quoque visio primum et sensibile celum nominatur quia in scripture intelligencia celatur celum enim a celando nominatur. Secunda visio spiritualis. quia quando non res sed ymagines similes rerum spiritualiter videmus sicut in somniis solemus et sic Iohannem in apocalypsi et prophetas multos vidisse nouimus. et hec visio secundum celum nuncupatur quia vere res in hiis similitudinibus celantur. Tercia visio est intellectualis cum neque res extrinsecus neque ymagines rerum intus sed ipsas substancias prout vere sunt abstractis coloribus intellectu conspicimus et unicuique quia qualitatem inter se dissentem racione discernimus. et hec visio tercium celum vocatur quia veritas rerum in hac est in celo stultis celatur. Igitur si apostolus raptus est in corpore tunc ad corporeum celum id est firmamentum est productus. si autem extra corpus quod magis videtur tunc vsque ad intellectuale celum raptus creditur in quo essencia divinitatis sicut est et singularitas substanciae sicut sunt non sensualiter quod nequit fieri non per corpus nec spiritualiter sed non fit nisi per ymaginem rebus similes sed veraciter quod non sit ipso intellectu vidisse cognoscitur. Angeli vel iusti quadam similitudine celi nuncupantur quia in secreto de visibus hominum celantur. et etiam demones vel inferni tenebre appellantur quia in tormentis a nobis occultantur. Hec in glosa vbi supra

littera Quarta

Celorum et instorum regni non vrbium menia. nec possessionum predia. nec auri vel gemarum copia nec suppellex varia sed iusticia et pax et omnimoda gloria in pleno gaudio creditur quod de visione eterne claritatis et de societate angelorum et sanctorum habetur. Deus autem eterna lux et per beatus est esse in mundo et extra mundum et in omni creatura et ex omnibus creaturis. Unde habetur quod regnum celorum intra nos est. Hec glosa vbi supra. Quomodo celi aperti sunt Christo baptisato in figura nostri quod per baptismum demum celestia sciuntur. Et sicut celo celatur deus sic in scripturis absconditur eius veritas. et sicut hoc celum carnale vident omnes homines vident. non autem aspiciunt divinitatem. sic et scripturas divinas omnes quidem homines legunt. non tamen omnes intelligunt donum veritatis in scripturis. nisi quis baptisatus fuerit vt accipiat spiritum sanctum vnde et apostolis ante baptismum in spiritu sancto clausa erant scripture de spiritu sancto de Christo sicut scriptum est Luce xxiiii°. O tardi corde in omnibus que prophete dixerunt spiritu sancto inflato reserare etc. Et ideo forte dicitur aperti sunt ei celi Crisostomus omelia iiii^a. Et idem celum est locus viuentium. terra ergo pugna tunc inferius victorum. Hec Crisostomus omelia xxvi^a a. Glosa lira super isto textu predicate dicentes

appropinquabit regnum celorum dicit Christus
regnum celorum quinque modis accipitur
in ewangelio Primo pro ecclesia militante
vt ibi Cum soluit vnum de man-
datis istis minimis vo. etc. Mathei v°
Gregorius exponit de ecclesia militante
Secundo accipitur pro ecclesia triumphante vt
ibi Beati pauperes spiritu etc. Tercio pro
lege moysi vt ibi auffertur a vo-
bis regnum dei et dabitur etc. quia
verus intellectus testamenti est abla-
tus a iudeis propter peccata et datus est
christianis Quarto pro ewangelio x° vt ibi
omnis scriba doctus in regno celorum
etc. Mathei xiij° Quinta doctores ca-
tholici testimonia proferunt de nouo
testamento et consequenter de veteri quod
intelligitur in ipso sicut rota in me-
dio rote vt Ezechielis v° pro ipso christo vt ibi
Si in digito dei eicio demonia pro-
fecto venit in vos regnum dei. Et expo-
sitor istius regni predicacionem demo-
num virtute probat se christum esse luce xj°

Quia ecce **littera Prima**
Quam magna luce xiiij° nota-
tur est pastus nouissimus per quem mul-
tus est quo beati fruentur in celis
qui dicitur magnus quadrupli-
ci racione magnitudine domini ciba-
tis vacacione duracionis racione mul-
titudinis quinarum et racione prosi-
tatis epularum Primo racione do-
mini cibantis quia dominus est ihesus christus
deus et homo De quo Ecclesiastes vij
virum de mille vnum reperi etc. mul-
tus fit principium Secundo racione dura-
cionis quia cepit a principio mundi
et in confirmacione angelorum ad primum
prandium priorum et durabit in eternum
Tercio racione pluralitati conuiuati quia de-
cies millesies centena milia ange-
lorum ex testimonio Danielis assi-
stebant ei De natura angelica quan-
to adaugendus est numerus cum omnes
homines predestinati ad gloriam ad
ordines sortiemur angelorum Quar-
to prosperitate epularum quia dominus te-
et humanitate ihesu christi. sit pro ipse fest-
ido vel labore sine timore vel timore
fruentur. vocat multos quia presen-
cia predestinatos singulos et presertim
quia ad tum deus illuminat omnem

hominem venientem in hunc mundum
quod quilibet naturaliter appetit beatitudinem
hora cene est iam tempus gracie et
hora nouissima siue missus ad in-
uitatos sunt multitudo prophetarum et
spiritus apostolorum parata sunt omnia scilicet
celestia per incarnacionem passionem re-
surrectionem et ascensionem ihesu christi qui
est omnia omnibus prima ad Corinthios xv° **littera**
Quia enim cum dictum **Secunda**
inuitati secundum duplex genus
peccati triplici racione excusacionis culpa-
biliter excusauerunt Primus dixit
villam emi etc. et intelligitur spiritu-
aliter superbia siue peccati dyaboli quod
est superbia recordatur Nam empcio
villa que ad dominacionem mundi-
nam aspiracio notat superbiam que
a via domini omnino exire requirit Se-
cundus dixit quinque iuga boum se
emisse per que significantur plus cu-
piditate seculi onerati boues ra-
cione laborum et vtilitatis Iugo mun-
di et dyaboli sunt coniugati Tercius
dixit se vxorem duxisse qui notat
peccatum carnis vinculum corpus
vero et anima tamquam vxor et vir co-
pulantur dicitur quod vxor sit domina et
anima siue eius nil plus inuitat
ad celestia contemnenda Quarto significat
dicit Sic viciatus rebellis in fa-
cto non possum venire vbi ceteri
successiue excusari rogant Vident
superbi quod aspirant dominari ad re-
belles ecclesie domandum cupidi di-
uicias ad pauperes in mutuitate re-
leuandum vbi villa boues prox-
enam clausere voratis vero Se-
mon cura caro celum clausere ve-
natis Pacifimilias vero qui est ille
iratus de rebellione inuitatorum fa-
ct pro predicacionem ewangelii tria genera homi-
num loco eorum predictorum penitus renunci-
atorum in terra possessorum videlicet pau-
peres debiles. pauperes cecos et pau-
peres claudos. pauperes vero debiles
loco superborum mundi nobilium secundum
apostolum ad Corinthios j° Ignobilia et contemp-
tibilia elegit deus vt ea que
sunt secularia laudanda destrueret
non glorietur omnis caro in con-
spectu eius etc. pauperes elegit de

tos a mundialibus stultos loco diuitum sapientes secundum apostolum ibidem que stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes. claudos pauperes misericordie carnis bene patientes loco carnalitatis potentum. Unde apostolus ibi Infirma mundi elegit deus ut confundat fortia et demum ex plenitudine misericordie compellat exire tos ypocritas humanis tradicionibus seductos a sepibus priuatarum religionum aut verarum religionum decorandum etc.

Littera prima

Circumcisio domini Circumcisionem accepit ihesus multiplici racione. Primo ut legem quam dedit aliis ipse compleret Secundo ut humilitatem ostenderet quia circumcisionibus ad que non tenebatur humilitatem ostendet se subiecit. ipse namque dominus legis fuit Tercio ut sanguinem suum pro nobis non solum in etate virili sed in infancia effunderet Quarto ut nos circumcisione fore spiritualiter demonstraret Quinto ut hereticos confunderet qui dixerunt eum non corpus verum sed fantasticum habuisse Sexto ut iudeis satisfaceret qui scandalisati fuissent si circumcisionem non accepisset Septimo ut legem veterem approbaret que usque ad ipsum obseruanda fuit legalia enim secundum augustinum fuerunt ante passionem domini viua. post passionem vero domini mortua et postquam claruit veritas ewangelii per mundum sepulta circumciditur et sic non solum circumcisione legali sed spirituali Unde et possumus circumcisionem domini quadruplicem assignare Primo circumcidit eum pr in natiuitate cultello paupertatis Secundo circumciderunt eum parentes sui octauo die cultello legis Tercio circumcidit seipsum in omni vita sua cultello humilitatis Quarto circumciderunt eum iudei in passione per milites pilati cultello crucis Sic circumciditur ihesus in fine quadrupliciter scilicet per detractores qui auferunt amiciciam et famam Secundo per raptores qui aufferunt temporalia bona Tercio per hereticos qui auferunt animam vel fidei integritatem Quarto per tirannos qui auferunt corpus

Circumcisio nostra littera secunda duplex est prima mentis in presenti a culpa liberatio Secunda in futuro corporis et anime a summa pena Prima significata est per circumcisionem solenem que facta est in egipto et hec explicat scilicet incipientium a viciis cultello iusticie proficientium a superfluis cultello misericordie perfectorum a mundialibus cultello caritatis perfecte Secunda significata est per circumcisionem factam in terra promissionis in galgalis quia in gloria resurreccionis petram id est christum circumcidemur ab omnibus miseriis Ex quo patet quod efficacior est nostra circumcisio spiritualis quam iudeorum carnalis quia illa circumcisio neque peccatum originale abstulit nec ianuam paradisi aperit sed nostra utrumque facit In hac materia duo tanguntur Primum est humilitas christi in circumcisione Secundum est sublimitas in nominis imposicione. vocatum est nomen eius ihesus Dignitas autem huius nominis est multiplex est enim ab eterno consecratum ut dicit Bernhardus Ab antiquo prefiguratum est ut in Josue a prophetis desideratum Ysaie Nomen tuum in desiderio anime a sanctis patribus Bernhardus Dulce nomen ihesu prophetatum Salomon oraculo a deo nominatum Philippenses 2o Dedit illi nomen quod est super omne nomen Ab angelis pronunciatum ut legitur Luce 1o Vocatum nomen eius ab apostolis manifestum Actuum 5o Ibant apostoli gaudentes etc. A martiribus iustificatum quia pro nomine isto passi sunt A confessoribus collaudandum psalmus laudate pueri dominum Sequitur A solis ortu A sancte virginibus perstatum Canticorum 1 Oleum effusum nomen tuum Dicit Bernhardus Ihesus est mel in ore melos in aure iubilus in corde Ab omnibus scilicet exaltatum psalmus Magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius Non est aliud nomen sub celo In hoc nomine ihesus sunt quinque littere que possunt esse inicia istarum dictionum Jocunditas medicina etc.

tas vincencium· sitimitas lampruencium vbertas esuriencium. Dat nomen ihesus christo circumcisio.
Et explicat scilicet racionem nature ut quia ex diuina natura erat saluator in stirps ut vendicaret sibi nomen saluatoris. Item ex racione retencionis quia decuit ut ex re nomen haberet unde
quia saluat a peccato· a dyabolo et ab inferno Dat nomen illi iusticia
quemens. Item racione efficacie quia ihesus nos sua passione saluauit.
secundum Thomas de veritate theologie iiii° capitulo xi°

littera tercia

Circumcisio vero quadruplex. circumcisiones spirituales complectitur. Prima est carnis pro quibus
vetium. Genesis xvii° Anima cuius
preputium carnis circumcisa non fuerit peribit
de populo suo. Secunda est corporis
pro pruriam Ieremie iiii° Circumcidimini domino viri Iuda et cetera. Tercia est labiorum
pro sermonis modestiam. Exodi vi° Quomodo audiet me pharao presertim cum
sim incircumcisus labiis. Quarta est aurium pro audiendum disciplinam. Actus vii° Dura ceruice et
incircumcisi cordibus et auribus vos semper
spiritui sancto resistitis. Item circumcisio legem non obseruans preputium
facta est 2 2 q 4 Quintum pro augustinum
Item baptismus apud nos sicut
circumcisio apud veteres de con. dis
iiii a Quod et cap. Secundo Item circumcisio carnis erat signum iustificacionis
et purgacionis anime de con. dis
iiii a Ex quo Item Item Deutero. 30
In nouissimis diebus circumcidet deus
cor tuum et cetera Secundum Gregorium omelia

littera quarta

Circumcidendi sunt oculi a vanitate aures ne audiant vanitates alias
detracciones· nares ab illicitis odoribus lingwam a maledictionibus
periuriis et mendaciis Manus a lesione homicidio furto et huius dispedes ne currat ad malum corda
a cogitacionibus peruersis Bille

littera quinta

Circumcisionis autem diem quatuor celebrem faciunt et solennem octaue natiuitatis
impositio noui nominis effusio sanguinis et signaculum circumcisionis Primo
quia octaue natiuitatis quia si octaue aliorum sanctorum solennes sunt quanto magis octaua sancti sanctorum solennes esse
sunt Secundo propter nomen nominis quod
illo die impositum est nomen salutiferum quod ab domino nominauit
pos quod nomen est aliud in quo oportet
nos saluos fieri. Hunc quoque triplex
nomen sicut ex Capitulo° appellatur filius
dei christus et ihesus. De quo triplici nomine Bernhardus sic ait Vos qui ex puluere estis expergiscimini et laudate ecce
dominus venit cum salute· cum vngentis venit· venit cum gloria· neque enim sine salute ihesus qui salutaris interpretatur Neque sine vnccione christus qui vnctus dicitur Neque sine gloria venit filius dei quia est
vnigenitus omnipotens deus. Hoc est ipsum nomen quod est super omne nomen in
quo omne genu flectatur. Et hoc nomen quod secundum Bernhardum est in ore
mel in aure melos in corde iubilus quod ad instar olei lucet predicatum pascit recogitatum lenit et vngit inuocatum Recte igitur
in die capite anni instituta a Romano capite mundi et insignita
capitula littera alphabeti Christus capit esse circumciditur et nomen ei
imponitur et natiuitatis eius octaua celebratur Tercio effusio sanguinis solempnisat diem circumcisionis
illo enim die suum sanguinem pro nobis
primo effundere cepit quem postmodum
pluries effudit Quinquies enim vicibus
sanguinem suum effudit pro peccatoribus
primo in circumcisione Hec effusio
erat nostre redempcionis inicium
Secundo in sudore sanguineo dum
orabat et hoc ostendebat nostre
redempcionis desiderium Tercio in
flagellacione et hoc significabat nostre redempcionis meritum quia
liuore eius sanati sumus Quarto in crucifixione et hoc fuit nostre
meritum· tunc enim que non rapuit
exsoluit Quinto in latere aperto
et hoc redempcionis nostre extitit
sacramentum Unde enim exiuit sanguis et aqua· signans quod per

aquam baptismatis debe' mundar
ipsi tu baptismum totam efficaciaz
habiti igitur a simphne x' Quar
to huius circumcisionis diem singu
lum ipsi circumcisionis reddit cele
brem quod quidem singulariter hodie
xpus accipe' dignatus e. littera
Circumcisionem suam sexta
tilum multas ob causas re
xpus accipe' voluit Prima quidem
racione sui scz ut verum carnem huma
nam se accepisse ostenderet · sciens
vo' de futuris qui debent dicentes
non corpus verum sed fantasticum as
sumpsisse Secunda racione nostri
ut nos spiritualiter debe' circumcidi mo
straret · que circumcisio sit Cuius
duplex a nobis fieri debz exterior in
carne 7 interior in mente Exterior at
in tribus e in habitu ne sit singu
lariter notabilis In actione ne sit di
gne reprehensibilis In sermone ne sit
nimis contemptibilis Interior similiter e
in tribus In cogitatione ut sit sancta
in affectu ut sit pura In inten
tione ut sit recta Tercia causa fu
it racione iudeorum ut essent inex
cusabiles ne scz se cum non deberent
recipe' excusarent · quem ritum 7
circumcisionem patrum si circumcisus non esset
dissimilem invenirent Quarta ra
cione demonum ne quidem misterium
incarnacionis cognoscerent · cum enim
fieret circumcisio tamquam originale peccatum
crediderunt dominum 7 xpm circumcisum
peccatorem esse Quinta causa fuit
racione perfectionis iusticie · sicut enim
baptisari voluit ut perfecte humilitatis
q' iusticiam e subde' se mori impleret
sic 7 circumcidi ut eandem humilitatem
cum auctor 7 dominus legis voluit
se subde' legi nobis ostenderet Et
tunc ihesus octavo die circumcidi ha
actavus dies iusticie mundi appellatur
7 resurreccionis glorie convenit Nam
dominus octavo hoc e post septimam
sabbati resurrexit 7 nos ipsi post
sex huius seculi etates 7 septi
mam sabbati animarum que nunc mun
in alia vita geritur quasi octavo
die resurrectionis resurgemus tunc no
vissime circumcisi ab omni circum

cisione carnis 7 spiritus littera
Clericatus Clerici prima
Qui xpi sunt eciam primo
in tempore vocabulum eius 7 nomen
diffiniacionem prelata nitra ee quod
dicitur Cleros enim cleros grece lati
ne sors appellatur propterea clerici
dicuntur quia de sorte sunt do
mini vel quia ipse dominus sors v'
pars clericorum e · 7 quia vel ipse
pars domini e vel domini partem hu
ilem se exhibe' debz ut ipse
possideat dominum 7 ipse possideatur
a domino qui dominum possidet 7 cum
propheta dicat pars mea dominus 7
nil ex domino habe' preter ipsum quippiam
prium aliud habuerit preter dominum pars
eius non erit dominus verbi gratia Si au
rum si argentum si possessiones
Si variam suppellectilem cum istis
partibus non dignatur dominus fieri pars
eius Si autem pars domini ego sum 7
funiculus hereditatis eius non accipio
partes inter ceteras tribus sed quasi levita
7 sacerdos vivo de decimis vivo 7
altari serviens altaris oblacionibus su
stentor habens victum 7 vestitum his
contentus 7 nudam crucem nudus se
quar hec ille Jeronimus ad Nepocia
num 7 habetur xii q i Clericus Item
duo genera xpianorum sunt Est autem u
num genus quod mancipatum divi
no officio 7 deditum contemplacio
ni 7 oracioni ab omni strepitu tempora
lium cessare convenit ut sunt cle
rici 7 deo devoti scz conversi Cleros
enim grece latine sors Unde ho
mines huiusmodi vocantur clerici i. sor
te electi hos enim deus elegit in
suos Hii namque reges sunt se
7 alios in virtutibus regentes 7 ita
in deo regnum habent · 7 hoc designatur
corona in capite Hanc coronam ha
bent ab institucione romane ecclesie in si
gno regni quod in xpo expectatur
Rasio vero capitis e temporalium omnium
deposicio Illi enim victu 7 vestitu
contenti nullam inter se proprietatem ha
bentes debent habe' omnia commu
nia Aliud enim genus xpianorum
est sunt laici Laos enim grece
populus e hiis licet temporalia possi

dere ß non nisi ad vsum mi(n)istern
inserviens & qui xpi minus diu q(ui)
tempore (christ)i concessum e(st) vxore(m)
duce(re) etiam col(er)e mi(ni)sterium (et) vir(ginitatem)
iudicare causas age(re) oblaciones
sup(er) altaria impone(re) decimas red
dere (et) ita salutis potuit. s(ed) vita
a b(e)n(e)faciendo vtuntur. Th(eologi)co
iuri(s) ad equedam sum lentum (et) ha
betur xii q. i. Duo sunt genera
e(st) vt qui altari deseruiunt de altari
vivant Vivat inquit de alta
ri ut non superbiat nec luxurietur
nec ditetur non clericatu ex pau
pe dives fiat non ex ignobili
gloriosus. non sibi de bonis eccl(es)ie
ampla palacia fabricat nec lo
culos inde congreget. nec in vani
tate seu superfluitate dispergat nec
extollat de facultatibus eccl(es)ie con
sanguineos suos aut nepotes aut
filios aut filias det in nuptum
dat Concedit tibi vt si b(e)n(e) altari
d(e)s(er)vis de altario vivas non ut inde
de altario luxurieris vt inde (com)
pares t(ibi) frena aurea. sellas de
pictas. calcaria deargentata va
ria grisia vel quedam pellicia a collo
manibus ermini purpureo diversifi
cata. Denique quicquid p(re)ter necessarium
victum (et) simplicem vestitum d(e) al
tari r(e)tines tuum non e(st) rapina est
furtum est sacrilegium e(st) (sec)und(um) Bern(ardum)
lib(r)o ix° flor(um) ca° iiii° (et) s(ecundu)m Jero
nimum (et) h(abe)tur xlii. d(ist)i(n)c(tio) Quiescam[us]
ei Aliena rapere convincitur qui vlt(ra)
necessaria sibi retinere cupit. (Et) h(abe)tur d(ist)i(n)c(tio)
Concordat Ambr(osius) vt h(abe)tur dis(tinctio)
xlvii Dicit hic plus ubi pos
sessio v(e)l Sacerdos **littera Secunda**

Clericatus honor conside
randus e(st) Vnde Dominus
in quadam ep(isto)la con(tra) clericos s(ymo)nia
cos Opor(tet) nos inquit clericos
clericatus honore non abuti s(ed) dili
genti vindicatore custodia h(oc) e(st)
quod esse videmur Omnia inquit
signa clericorum virtutes e(ss)e in nobis
requirunt (et) virtutes clamat. cla
mat vita paupertatem. clamat re
gula vite honestatem. clamat
status puritatem. clamat cultus
castitatem. clamat p(ro)fessio religionem
clamat officium devocionem. clamat
studium contemplacionem (et) ideo nisi istis
virtutibus polleamus. mentitur vita
mentitur habitus. mentitur cultus. men
titur p(ro)fessio mentitur officium. men
titur (et) ipsum studium. at p(ro)p(ter) h(oc) n(on)
sumus nec clerici ficti (et) clericia mendi
(et) h(oc) sequitur Omnis homo mendax
non h(oc) sequitur omnis homo men
dicum. secularis enim homines s(e)c(un)d(u)m
mendaces sunt quia mendacium di
cunt. s(ed) mendaces non sunt quia
non vivendo difformant habitum suo
condicionem Et iste p(ro)p(ter) (ho)c dei homines
qui loquntur mendacium (et) non solum pro
p(ter) c(on)cupiscentia quia mendaces (et) men
dacium sunt s(ed) quia mendacium su
me amant (et) p(ro) eo laborant (et) vsque
ad mortem se exponunt. Hic ille **lit**

Clericos negociatores **tera Tercia**
tores esse non decet decet
Vnde Jeronimus ad Nepocianum ep(isto)la
xxxiiii (et) dis(tinctio) lxxxviii ca° Nego
ciatorem sic dicit Negociatorem
clericum (et) ex inope divitem (et) ex igno
bili gloriosum q(ua)si quandam pestem fu
ge. corrumpunt enim bonos mo
res (et) confabulaciones pessime
Item Augustinus lib(r)o questionum veteris
(et) novi testamenti conformare ho
minibus unique lic(et) negociari a(liquid)
quibus lic(et) aliquis non lic(et) (et) distinc
tione lxxxviii pred(icta) Vnde dicitur
xliiii° Nulli lic(et) clericorum (et) tab(er)
nam aut ergasterium id est stacionem
vbi merces exponuntur venales
habere. Et enim honestus tabernam
ingredi prohibetur quanto alijs
ministrare in ea Si quis vero tale
fecerit aut cesset aut condempnatur
Item xl. q. iiii ca° Clerici sic se
h(abe)tur Clerici ab indignis questi
bus noverint abstinendum (et) ab ex
cuiuslibet negociacionis ingenio vel
cupiditate cessandum in quocumque vero
gradu sunt nisi cessare noluerint
mox a talibus officiis abstinere co
gantur Item Augustinus de qu(estionibus) Domini
Symonis Vo in fine Clericus est
miles Christi qui si non sunt contenti
stipendiis altaris s(ed) extra mi(li)

monia intercessiones vendit vidua
rum munera amplectitur magis
videtur negotiator quam clericus et
mercator. arguuntur etiam qui per bladi merce
tum eliciunt precium plus iusto per tormenta
Item xxi q. iiii c. Clericos sic habe-
apostolorum statuta sunt qui dicunt Ti-
mothei ii° Nemo militans deo etc.
Unde ait Clerici sunt sine armigeris
dominorum aut auctores sine officio
clericorum vindicari decrevit et obsequentem
Item eadem questione dicitur Molli-
ciis et rebus secularibus laqueis etc.
obligari non debent qui divinis rebus
et spiritualibus occupati sunt nec ad temporales
actiones et seculares actus vacare
et ibidem multa bona decretum de
eadem Item xvi q. i. Predicator
et quod dicitur distinctione lxxxviii c. ul-
timo xi q. iii c. i° Item
tertio libro decret. in fine Item mul-
ta negotia sunt turpia clericis que
sunt licita laicis ut ibi Item Jero-
nimus ad Nepocianum epistola xxxiiii
Procuratores atque dispensatores do-
morum alienarum atque villarum quomodo
possunt esse clerici quia precepta inter-
tur contempnere familiares amicos rape-
[illegible] furtum est ecclesiam fraudare
sacrilegium est. Littera quarta
Clericis non licet seculariter
occupari unde apostolus Rom.
xii° precepit dicens [illegible]
Nolite conformari huic seculo sed
reformamini etc. Item Cor. vi° scribit
apostolus Secularia iudicia si habue-
ritis contemptibiles etc. Super quo Gre-
gorius xix° libro Moralium c. xvi° sic
scribit Sciendum quod quedam in actio-
nibus nostris nonnulla bona consistunt
tenenda sunt pro utilitate maiorum. Nam
quis ignoret esse bonum mortuum o-
perire mortuum sepelire. et tamen audivit
qui ad sepeliendum patrem se di-
mitti poposcerat dictum est Sine
ut mortui sepeliant mortuos
suos. tu autem vade et annuncia regnum
dei Luc. ix°. Postponendum namque
erat obsequium huius ministerii offi-
cio predicationis quia illo officio
carne mortuos in terram conderet
illo autem anima ad vitam mor-
tuos resuscitaret propterea namque
primatibus synagoge dicitur Uen-
te medium fluente [illegible] et hinc
apostolus dicit Contemptibiles qui sunt
etc. Ut Auditores enim suos currit
ad sapientie ad linguarum genera ad
prophetie quoque indagandam mysteria
provocare dicens Emulamini spiritualia
magis autem ut prophetetis sed quia
spiritualia dona non caperent sed terre-
na eos negotia depressissent lon-
ge ante premisit dicens Contemp-
tibiles qui sunt. Ac si aperte dicat
qui minores meriti sunt in ecclesia et
nullis magnorum donorum virtutibus
pollent ipsi de terrenis negotiis iu-
dicent quatenus per quos magna
bona nequeat minora suppleant
quos et contemptibiles nominat et
tamen sapientes vocat. Item Jeronimus
ad Rusticum narbonensem episcopum dis.
lxxxiii. Diaconi sunt quos in
quibus sunt quos in Apocalipsi legimus
septem angeli ecclesiarum. Hii sunt can-
delabra septem aurea. Hii sunt
voces tonitrui [illegible] opera per
clar[illegible] humilitate predicati quieti humiles
evangelizantes pacem amicitias
bona disputationes rixas et scan-
dala resecantes doctores prophetie [illegible]
[illegible] colloquentes in templo nil
de mundo penitus cogitantes dicen-
tes patri et matri non novi vos
et filios suos non agnoscunt. Ipsi
[illegible] sacerdote non licet officium
Item Clemens Petrus in epistola ad Cle-
mentem ut habetur ii q. i. Te quidem
oportet irreprehensibiliter vivere et summo
studio niti ut omnes huius vite
occupationes abicias ne fideiussor
nec existas ne advocatus litium
fias ne in villa aliqua occupa-
tione propria inveniaris mundialis ne-
gocii occasione perplexus. neque enim
iudicem neque cognitorem secula-
rium negotiorum hodie te Christus
vult ordinare ne preoccupatus presentibus
hominum curis non possis verbo dei
vacare et verbo opera quemnimus congrue
dicimus exhibeat sibi in-
terim vacantes laici et te nec oc-
cupet ab hiis studiis per que salus

Sorum dicitur contra ibidem Sicut
enim ipsi etatis et crimen talis clericos
clericos non lectis vos dei studiis se
lices secularibus suscipere. ita viman
quoque laborum compotum nisi ducatum solli
citam in hiis que ad communis v
sum vite pertinent opario fideliter
dedit. te vero secretum facere in hiis
quibus nos dedimus instrue omne
communem elaborent. sed qui si forte a
semetipsis hec laici non intelligant
per diaconos edocendi sunt vt mi
solius eius solitudinis relinquant
Sed petrus ad clementem contra Greg in re
gistro vt habetur dist. lxxxviii. plarum. cum ad
nos reverendissimum fratrem nostrum ba
silium episcopum velud vnum de laicis
in causis secularibus occupari et pre
toriis interesse omnino que res et
ad ipsum vilem reddit reverenciam
sacerdotalem annichilat statim vt
experiencia tua hoc preceptum susce
pit ad revertendum eum districta exe
cucione compellat. Quatenus te
illic insistente quinque diebus sub
qualibet excusacione immorari non li
ceat. ne si quolibet modo eum am
plius ibidem moram habere permise
ris cum ipso apud nos graviter
inspicias esse culpabilis. Et Gre
gorius Romano defensori. Item sanctus
Ciprianus episcopus et martir vt habetur
distinccione lxxxviii Neque apud
altare dei meretur nominari in sac
dotum prece qui ab altari sacerdotes
vel ministros vocare et ideo dictum cu
ram formam iuxta in concilio ac sa
cerdotibus datam ad generi fuisse
vim prestiterit ausus sit tutorem consti
tuere ob dormicionem eius apud nos
non fiat oblacio aut deprecacio depre
cacio pro nomine eius frequentetur
in ecclesia vt sacerdotum decretum
religiose et necesse factum sit a no
bis Item Ciprianus vt habetur xxi
q. iii. Ciprianus cum ceteris suis
sis sic sentenciat Singuli inquit qui
in clero dei ad ordinacionem clericorum
promouentur in nullo ob ministracionem
divina avocentur. nec molestiis et ne
gociis secularibus alligentur. nec
ab altaribus et sacrificiis recedant

sed die ac nocte celestibus rebus ac spi
ritualibus serviant littera N.
Oleria modum nullus graciosus
sunt. Vnde ps. super illud
ps. In labore hominum non sunt sic dicit
Cum duplex status hominum quibus est
labor et quibus voluptas. Clerica
ei autem tamquam novo quodam articulo disce
nerunt. totum quod delectat in quolibet
elegerunt et totum quod molestat
respuerunt. A militibus acceperunt sup
bie fastum amplam familiam. equo
rum faleras et nobiles apparatus. A
mulieribus mollicies delicatiam balnea
firma vina deinde tetulum. A
rusticis fructus agrorum et orrea plena
Cum hii autem militarium lorice pondus
et muliebrem declinant vetimedium
Omnes rustici et agricole victum si
bi proprio labore acquirunt. sed hii deli
ciis affluunt et ociose vivunt. Et tamen
adveniente fructuum tempore promptuaria
eorum plena sunt. Habent omnium
incrassamur et inde incrassantur
impinguantur dilatantur. Item B.
in libro iiii de consideracione ad Eu
genium papam in fine Clericorum ingi
nuis ordinibus sunt in ecclesia Nam in
congregacionem temporalium se habent vt lai
ci in apparatu nobili vt milites
et in acquisicione diviciarum vt clerici
laici. sed non laborant vt laici neque
pugnant vt milites. nec evange
lisant vt clerici et cum vtriusque or
quam ad facienda colligitur per eas diffi
nitiones consciencie que tales sunt. Jo
hannes damascenus dicit. Consciencia
est lex intellectus nostri. Basilius dicit
eam esse racionis medicatorium. Diffini
tiones moralies sunt iste. Consciencia
est cognitio principius. Item consciencia est
habitus animi agendorum et non agen
dorum. Item consciencia est habitus mentis
boni et mali discretivus. Item consciencia
est credulitas intencionis ad aliquid fa
ciendum vel non faciendum cum ani
mi deliberatione firmata. Error autem con
sciencie octo modis causatur. Primo ex
ignorancia cum scilicet nescit quid agen
dum sit seu eligendum vel declinan
dum. De hoc errore ii paralip. xx. Cum
ignorassemus quid facere debeamus
hoc solum habemus residui ut ocu
los nostros ad te leuemus domine. Se
cundo ex negligencia ut quis ne
glexit conscienciam discutere vel si
nescit expedire negligit tamen ab a
lijs querere. Tercio ex superbia ut
cum quis non humiliat intellectum su
um ut scilicet melioribus et sapienti
bus se velit credere contra quod apostolus
ii Cor. xv. Captivantes omnem
intellectum vestrum in obsequium Christi. Hoc
est dicere quod in credendis plus debemus
credere fidei quam sibi. Quarto ex
sui ~~fragilitate~~ singularitate cum ho
sequens proprium sensum non conformat
labijs nec sequitur vias commu

nes bonorum de hijs. Ad xi. Ex
trema castrorum consumpsit ignis. Quin
to ex affectu inordinato qui sepe
inclinat conscienciam ad aliud quod
homo tunc appetit et sic tunc fugit
eam alia rectitudine declinare. Cum
pit consciencie omne iudicium cum res
transierit in affectum. Sexto ex pusil
lanimitate qua quis timet non ti
mendum secundum rectum iudicium racionis.
Ysaie xxxv. Dicite pusillanimis
confortamini etc. Septimo ex per
plexitate qua homo credit inter duo
peccata se positum esse quorum alterum
impossibile se declinare. Sed sciendum
quod perplexitas nulla est tamen potest a-
liquis esse perplexus secundum quid idest
secundum erroneam conscienciam qua
deposita erit liberatus. Octavo ex hu
militate et cordis puritate. Greg-
orius. Bonarum mentium est ibi culpam agno
scere ubi culpa non est. Error primus
amore acceptus reprehensibilis. Quar
tus modo acceptus laudabilis ideo
nullus error dici debet sed humilis
defectuum suorum recognitio dummodo
non sit nimia. **Littera Tercia**

Consciencia in qua est dictamen
racionis ad actum secundum
Thomam ii ii q. xix ar. v. ubi dicit
Et omnis voluntas discordans
a racione sive recta sive errante
hec est mala vel per se vel per acci
dens per se quidem cum non sequitur
racionem rectam per accidens vero cum
non sequitur id est falsam apparentem
tamen veram. Unde philosophus vii Ethi
corum dicit. Et per se loquendo incontinens
est qui non sequitur racionem etiam falsam
quod intelligendum est apparentem ve
ram et quod huius conscientie multe
sunt species que sequuntur scilicet consci
encia cauteriata lucida erronea
scrupulosa turbida et regulata. Con
sciencia cauteriata est illa quam
male informat inordinatus affectus
extra deum apprehensus ex sola specialitate
simulationis et dicitur cauteriata id est
caute inusta igne male concupi
scencie sic dicta ab instrumento
quod ferro et ignito quod caute
rium dicitur. Hanc speciem habent

ypocrite qui non esse iusti querunt sed
resfugiunt videri quod sunt et ante ocu-
los hominum superducta quadam innocen-
tie honestate se paliant quibus in
iudicio dicentibus Domine domine nonne
in nomine tuo prophetavimus. Conscie-
ntia lusca est illa quam male infor-
mat cecitas. luscus enim dicitur
modicum habens de lumine non longe
videns vel unum tantum oculum habens
et tales quidem sunt qui unum tantum o-
culum carnalis affectionis et temporalis
comodi ad seipsos habent alium vero
ad deum vel ad proximum caritatiue non
dirigentes curanda minime pondant
et minus pondant non curanda ipse vi-
dent minima et terrena comoda secundum lo-
ge vide negligunt caritatis opera unde
dominus in ewangelio Mathei xxiii Ve vo-
bis scribe et pharisei ypocrite qui
decimatis mentam anetum et ciminum
reliquistis que graviora sunt legis
iudicium misericordiam et fidem Et quidem hec oportuit
facere etc. Tales enim de suo honore
quiete vel comodo solliciti sunt
sed honorem dei vel utilitatem proximi
non aspiciunt. Quales persequuntur
dum peccatores parvipendunt littera
Quarta
Consciencia erronea
est illa quam male informat
presumpcio pertinax et ignara De qua
proverbiorum iii Noli inniti prudentie tue etc.
Ille quippe singulariter propriae inni-
titur prudentie qui cum male in-
telligat prudentias suas scriptu-
rarum devias et erroneas susti-
net opiniones pertinaciter et tar-
dius quam subtilibus et doctrine de-
fendit melioribus atque sanctorum se-
ntentiis non adherens De quibus
dicit dominus Mathei xv Sinite illos
ceci sunt et duces eorum hii sunt he-
retici propriis fictionis adherentes et a-
lios in errores varios inducentes
Consciencia littera Quinta
scrupulosa est illa quam
male informat credulitas temera-
ria in ambiguis ex sola relatione
improbabili vel levi suspicione con-
cepta et absque discreta consideratione
amplius quam oportet timens ponderata
ut libro v de ueritate de sima ex

communicationis inquisitionum ubi decre-
tum est etc. Sed in ambiguis deponere
conscienciam consilio superiorum et sapie-
ntum ne per conscienciae illaqueacionem
incidat inconsulte dampnacionem
omne enim quod fit contra conscienciam
edificat ad iehennam xxviii q. i ca.
omne etc. littera Sexta
Consciencia turbida est illa quam
male informat dyaboli mo-
tio fraudulenta in quibus ydiotis
de se presumentibus et de fallacium suc
sanctitatis gloriantibus qui rigidam
sibi formant conscienciam ut qualibet
diabolicam suggestionem de levibus
peccatis venialibus sine quibus presens vi-
ta non ducitur tantum pondant ut pu-
tent se tam stricte condempnari quanto
pro maioribus mortalibus quam peccatis
Unde sepe instinctu dyaboli vi-
gilias indiscretas et immoderata
ieiunia et carnis maceraciones sustinet
excessivas contra quos scribit beatus
Bernardus de conscie. dist. v. Non me-
diocre inquit errat qui magno bono
prefert mediocre bonum Nonne racio-
nabilis homo dignitatem ieiunii
qui castitati aut vigilias prefert
sensus integritati et infra Ille etc.
Consciencia littera Septima
regulata sive pura est illa
quam recte format auctoritas probata
racio quam discreta et deliberata ne
a preceptis geminae caritatis in aliquo
discrepet Aut discordet nec in
fide hesitet. neque erret nec in
spe vacillet decidat aut desperet
sed in fide recta atque spe perfecta ce-
lestia semper appetens. terrena mi-
nus diligens seipsum in bonis ex-
cercens peccata semper fugiens fina-
liter proximum ut seipsum diligat
propter deum Hoc mandatum habemus a do-
mino ut diligamus invicem. sicut ipse
dilexit nos Item quecumque vultis
ut faciant vobis etc. Mathei xv Ma-
thei vii littera Octava
Consciencia est cordis sciencia
dicitur enim aut se novit sua
sciencia et multa alia quam novit
se appellatur consciencia. quam preter
se nominatur alia sciencia. Et

Hugo libro i de anima capitulo xii Stim
sibi bene conscius falsis non debet me-
neri iudiciis non estimare plus po-
dere esse in alio iudicio quam in suo
testimonio Unde Ambrosius libro de officiis
In omni quod dicitur siue tacite re-
re debemus ad metrum et timorem teste
iudicem requirere Quid enim prodest
si omnes laudent et conscientia accu-
set aut quis poterit obesse si omnes
derogent et sola conscientia de-
fendit Unde Gregorius super Ezechielem ome-
lia ix Rensus ex integro te vi-
tupera pro [illegible] si vitam conscientiam
quadruplici sentis compunctione
merori pudore gemitus et gemitu me-
tu nam vitia ad proficiendum sem-
piternam triplex confessionis spes
attestatur Dum cogitas factorem tuum
cogitas benefactorem cogitas patrem
cogitas dominum ad omnia reus es
proximus pro singula ad primum et vl-
timum respondeat timor tuus ad
duo media pudor Pro eo omne quod
remordet conscientiam confiteri humi-
liter pure fideliter et hec vii vi-
tes adimplesti Unde Wilh super Cant

Conscientia littera nona

Conscientia
Animi dei semper humilis debet
esse et castis vt per humilitatem non
superbiat et per vtilem merorem cor
ad lasciuiam non dissoluat Unde
Isidorus libro iii de summo bono
Ob omni pelle vel vulpina con-
scientiam abscondebam Vulpina
plane conscientia tepida conuersa-
tio carnalis cogitatio ficta con-
fessio breuis et rara compunctio
oblata sine deuotione oratio sine
intentione lectio sine edificatione
sermo sine circumspectione O quam du-
ra sunt in illa que loquor quam
meipsum loquendo ferio vnde tamen
quia non me peccatorem nego sed
peccatum meum agnosco erit fortasse
apud dominum pium iudicem impe-
trabo veniam ipsa cognicio culpe Unde
Hugo libro i de anima capitulo xvi
Conscientiam magis quam famam
attende falli namque potest fa-
ma conscientia nunquam nullum con-
scium peccatorum tuorum magis timueris

quam teipsum Alienum enim poteris ef-
fugere te nunquam nequicia enim ipsa
est scilicet in pena Unde Seneca libro
de moribus

Consensus littera prima

Consensus Tria sunt con-
quibus impletur peccatum scilicet sug-
gestio delectatio et consensus Ser-
pente fit suggestio et quedam
swasio In appetitu aut carna-
li tanquam in Eva fit delectatio
In racione vero tanquam in viro
consensio quibus patratis tanquam
de paradiso hoc est de beatissima lu-
ce iusticie homo in mortem ex-
pellitur iustissimo animo vnde tamen
delectatio ante consuetudinem
vel nulla est vel tam tenuis vt
pene nulla sit cui consentire magnum
peccatum est causa est illicita Cum
aut quisquis consenserit committit
peccatum in corde si aut in factum
processit videtur saciari sed postea sug-
gestio repetitur maior accedit
delectatio que tamen adhuc mul-
to minor est quam illa que fit
assiduis Vatur in consuetudinem
Hec enim vincere difficillimum est eo
ipsam consuetudinem si se quibus
non deserit et miliciam xcianam
non reformidet xpo duce et ad-
iutore superabit sicut enim tribus
gradibus ad peccandum peruenitur
suggestione delectatione et consensu
ita ipsius peccati tres sunt diffe-
rencie in corde in facto in con-
suetudine tres mortes vna
quasi in domo consentitur libidi-
Alia iam prolata quasi extra por-
tam cum in factum procedit affectio
vel assensio Tria cum in mala
consuetudine tanquam mole ter-
rena premitur animus quasi in sepulcro
tam putens quas tria genera mortuorum
dominum resuscitasse quisquis ewangelium
legit cognoscat et consideret quas
differencias habeat vox ipsa
resuscitatis tum alibi dicit pu-
ella surge Alibi Iuuenis tibi
dico surge Et alibi infremuit
spiritu et lacrimatus fleuit et rursus fre-
muit et postea voce magna clamauit
Lazare veni foras Unde Augustinus

sup isto textu Qui vidit mulier
[Mathei] v° Item quociens cumque pec-
cantes a corde non cohibeamus a'
repellamus quasi ex sensu dabi-
mus racionem Item omnis racio v-
num primum corpus et alter alterius me
bra Et Augustinus ibidem lectio Sexta
Consencientes culpabiles simul
cum malefactoribus punientur
Unde apostolus ad Romanos j° Qui
talia scilicet peccata agunt digni sunt
morte Non solum qui faciunt ea
sed qui consenciunt facientibus Se-
quitur propter quod inexcusabilis es
o homo omnis qui iudicas In
quo enim iudicas alium teipsum con-
tempnas Item j Corinthiorum v° Si
is qui frater nominatur inter vos est
fornicator aut avarus aut ydo-
lis serviens aut maledicus a'
ebriosus aut rapax aut huius-
modi cum huiusmodi non debemus cibum su-
mere Item in ij^a Canonica Joha-
nis Multi quidem seductores exie-
runt in mundum qui non confi-
tentur ihesum xpistum venisse in car-
ne hic est seductor et antixpistus
Sequitur Si quis venit ad vos
et veram xpisti doctrinam non affert
Sibi Item Qui consentit pecca-
tibus et defendat aliud delinquen-
tem maledictus erit apud deum et
homines et corripietur increpacione
severissima Et sic xj q iij Qui
consentit Item dis lxxxvj^a Facere
dicentis Paulus Ruo culpam habet qui
quod potest corrigere negligit emen-
dare Septimum est Non soli qui
faciunt sed qui consenciunt partici-
pes iudicantur et late pandit de-
linquentibus aditum qui iniquitati
pravitate consensum quia par pe-
na utrosque comprehendit xvij^a q
iiij^a Omnes Item xxiiij q iij^a Qui
aliorum defendit multo dampnabi-
lior est illis qui errant quia non
solum ille errat sed eciam aliis
offendicula errorum preparat ~~xxx~~
et confirmat Unde quia magister erro-
rum est non tantum hereticus sed here-
siarcha dicendus est Et sic summa per
Pressum dis lxxxiiij^a et aliis multis

locis in Canone xxv Consentit co-
operans defendens consilium dans et
auctorizans non imitans vel reprehendens
Et extra de officiis delegati ca° j
Sibi similiter in glossa quintum ad pri-
mum videtur quod omnes prelati vel
prestimati operans viabse consentit
omni peccato mundi ut fiant iusti qui
tamen sunt ut fiunt iusticiarii par-
ticipes sic iusti sunt iusticiae et
participes et consortes De prelat
aut peccator est evidencia et qui est ra-
cio Quae dampnati sese adiunt
et salvati per regimen universale
ecclesie, sese amat, sicut ante
existens in gracia communicat cum
iusto ubicumque terrarum fuit sic ca-
rens in crimine cooperatur cum ad
criminoso ubicumque fuit quia omnes
illi sunt unum corpus cooperans
cum pre mediam Tandem genus
consensus est defensio criminis que
nimis ample per mundum extenditur
tum omnes fluentes peccatis et in
sulficiante opere et symonie ut sic de-
fendant ipsa Et defensio exten-
ditur usque ad ecclesiasticas contra que
reprobantes peccata pauperes habent ad
iutores Impugnatores vero excepte
dyaboli inveniunt multos nec du-
bium quin tales culpabiliter consentiant
in mundo quocumque faciat quodlibet
malum mundi sicut enim multorum
navium trahencium quilibet eorum
trahit ipsam ad qualibet eius
partem sic multorum trahencium
currum peccati in iugo peccati diabo-
lici quilibet trahit ipsum ad qualibet
eius partem et sic defendens qua-
dam potiori specialitate fit
opera defensati Tandem genus est
consilium et tunc qualibet creatura di-
ligit seipsam per quod ponitur amicum
quod operis mali dicit cuiuslibet malo per
modum consilii quod est taliter
operandum ut medicus Et Augustinus
dicit Efficacius est hec eciam hereat
esse salutiferam dum audit ipsam
edit qua debet assendo vie
ipsam esse pestiferam et sic de con-
trario quia unus vie cum operibus
concedendum sed omnes consiliatores

explicite in lege ciuili siue ecce
ad faciendum quod sonat in opposi
tum legis dei secundum suas tradiciones
iustos lucrum temporale siue honores
mundi sapientes nimis ample sper
gunt suas malicias tam consiliis
verbalibus quam operacionibus viciose explicite

Consensus **littera tercia**
quartum genus est auctoris que
licet homini peccati conueniat principa
liter conuenit magnatibus et prelatis cu
ratoribus et defensionem eorum sunt multe
iniurie nec sunt excusatores quia non
sunt illas in persona sua ipsa tamen
principali consensu ipsas efficiat
et consenciencies et agentes sunt
pariter puniendi ut supra Quam ergo
excusacionem habebit spiritus qui capit
regnum de subiectis et vendicat re
tribucionem de bonis que fecit et
tamen de malis que in defectu sui re
giminis fecerunt non sperant penam
quorum subiecti possunt dicere illud psalmo x
viii° Si mei non fuerint dominati tunc
Quintum genus consensus consi
stit in negacionem iuuaminis dum, licet se
vos iuuamine teneatur ex mandato
dei ad subsidium apponere vires suas
et sic quilibet committens vel omittens
culpabiliter consentit omnibus malis
mundi vnicuique enim mandauit deus
de proximo vt mutuo se iuuarent et
hoc implicat vinculum dilectionis proximi
cum iste non diligit proximum vt seipsum
qui videns ipsum in summo corporali
periculo et possit ipsum defendere ac ne
gligenter subtrahit manum suam
Multociens in desidia spiritualis iu
uaminis cadit dampnacio Sextum
genus consensus est quando aliquis
prelatus vel alius videns quod clamore
vel reprehensione possit detegere vel
destruere peccati maliciam et tacet tenetur
et licet prelatis et regibus precipue illud
vt plurima conueniat tamen minus realiter
competit cuilibet peccatori quilibet enim de
bet seipsum reprehendere secundum partem
anime que sic peccat et per consequens
consentit peccato correpcionem dissimu
lans Unde doctor Ewangelicus super Ewan
gelia dominicalia sermone xlviii° plus
vbi commutacio **Littera Quarta**

Consensus voluntatis ad o
pus plenus sentendus cum
quis procedit ad opus extrinsecum
sine cooperacione corporali licet pau
lopost et interpolatim displiceat
et sic videtur quod committi potest fornicacio
cum continua displicencia ope
ris per tempus quo displicet culpabi
liter operatum vt sagittans vel di
mittens molarem dampnabiliter
per declinem metus sicut in casu continu
am displicenciam per tempus quod faci
mus precepta sit commoueat orga
na sinderesi remittente et tamen ipse
defectum originis actu talis est
in casu dampnabilis Unde doctor Ewan
gelicus super mandato ix° plus vbi
societas littera na **littera Prima**

Consessus Christi ad patris dex
teram Ascendens Christus in
celum sedet ad dextram dei patris
omnipotentis Duo intelliguntur
per dextram Primo est equalitas maie
statis ad quam Christus sedet secundum
diuinitatem de hac dextra dicitur Hebreorum
2 8 Talem habemus pontificem qui
consedet ad dextram maiestatis in
excelsis Secundo intelligimus per dextram
potiora bona glorie in quibus Christus se
det secundum humanitatem quam collatum est
ei a deo quicquid conferri potuit et licet
ab instanti concepcionis sue Christus
accepit bona gratie et glorie in ani
ma Eadem tamen hora fuerunt in ascen
sionem maiora et in loco congruencia
expleta de hac dextra dicitur Colossenses
iii° Que sursum sunt querite etc
Dicit enim glossa quod sursum vbi Christus
sedet sunt potiora bona gratie et glorie
Dicimus igitur quod ascensio Christi fuit
tam ad locum quam ad dignitatem
Quantum fuit ad locum sic ascen
dit super omnes celos id est ad dignissi[m]um
locum celi empirei siue ad altis
simam eius partem eo quod nobilissi
mo corpori Christi conuenit talis locus
Non enim dicendum quod corpus Christi
sit obligatum ad illum locum sed
quia locus ille magis ex congru
encia sit sibi deputatus Quantum
autem ascensio ad dignitatem fuit
sic sedet ad dextram patris non tamen quod

ad situm qui patri no queuit Et
quo ad excellentiam dupplicez sit
dictum e · quia p dextam vl intel
ligitur equitas maiestatis q com
petit xpo scdm diuinitatez ptinetc
dum quoqz no e cp tredimg xpm
ad dextam patz sedentem Stepha
nus aut vidit eum a dextz patz
stantem quia nos tredimg eum
regnatorez 7 quesiterez que notatz
in sessione Et stephanus in tribula
ciom habuit eum pugnatorez 7
susceptorem vnde vidit eum stan
tem Alcius xpus dicitur sede a dex
tris dei · sede quid quia labauit
laborauit ps In laboribus a iuue
tute mea A dextz quid quia diu
fuit a sinistra aduersitatis ps af
flictus sum 7 humiliatus nimis
7c Dei vo dicitur · quia pg abie
ccom debz sequi gloia vnde qui
se exaltat humilibi — Et Thomas
de vitate theoloc lio iiii co vl
timo 7c littera Prima
Consilia Consiliu sp a sa
piente pquire Thobie iiiio
Qui sapiens e · qsilia audit pu
xiio Cum fatuus qsiliu no habeas
Eccli viiio Consiliu bonu dederut
angeli loth vt de Sodomis exiret
7 generos suos educeret pg tamen no
respiceret 7c Gen xixo Iterum Ro
boas filius salomonis noluit au
dire consiliu senu · sz iuuenu · 7 io
decem tribg irrecupabr amisit iiio
Regum xiio Item nabuchor rex
quia no audiuit qsiliu danielis vt
pcta sua elemosinis redimeret Da
niel iiiio Item ambz lio iiio de
officiis Quid tibi pdest habere
sapienciaz · si consilium neges si
consulendi copiam includas clau
sisti fontem · vt nec alijs influat
nec tibi pdest Item Greg mor xxx
Dare stulto consilium cautum e di
re sapienti ostentacionis e · dare
vo tpe prusitat sapiencie Gen lio
de ira maxime sunt contraria con
silia festinacio 7 ira · velox qsiliu
sequitur pnia Item Eccli vio Con
silia ius tibi sit vnus de mille
Unde Ambz lio iio de officijs

iio vo Consiliarius debet ee forma
bonorum opm alijs in doctrina in pro
grauitate vt sit smo eius salubz
7 irreprehensibilis · qsilium vtile vi
ta honesta sma decora lra Secunda
Consiliu malu dedit Balaaz
balak vt pplm isrl p mulierz
ad pcmi traheret 7 sic dm con eos
puocaret Nu xxiiio Consilij Amon
male consuluerut regi suo amo
vt dentur patet nuncios dauid in
consolacom regis And misceos qs
remisit barbis rasis ad medium
vestibg q pposs medijs vsqz ad
nates 7 sup hc insurrexerut con
Dauid in plm cum pluibg alijs
rc 7 mgede conductis qui omes
fugierut 7 cornuerut coram Joab 7
in anno pximo sequenti dauid per
cussit ex illis in prelio 1oo cc
7 quadraginta milia equitum ii Re
gum xiio Consiliu malu achitophel
dedit absolon con prem suum · 7 qr
no erat scdm qsilium eius suspendi
merit ii Reg xviio Uxor Job consi
lium dedit Job sz vt benediceret
deo · i malediceret deo 7 moreretur sz
ipse no acquieuit Job iio Consi
lium iniquum herodias filie sue
vt peteret in disco caput Johannis
baptiste Mth xiiiio Marci vio vi
ri pluscm Ro meruerit qsilium
uiterem se no maducaturos neqz bi
bituros quousqz interficiat paulum
Actuu xiiio littera Tercia
Consilium put diffinitur con
ceptum e psuasio bonj
melioris ad quod non tenentur dno
sicut ad precepta · precepta vo finae
e nitatis · consilia vo voluntatis
lex vetus dat precepta euam sup
addit consilia Consiliu ptinet
ad pfectos · precepta ad pficientes
pmissio ad impfectos · phibicio ad
puisos · precepta separat nos ab illici
tis · qsilia quiqz a concessis · p p
cepta declinamus pctum · sz p consilia
declinamus occasiones peccandi pr
precepta maxime negatiua peccatum
fugimus · sz p qsilia pnia cumu
lamus Sequitur lra Quarta
Consilium p votum fit pce

ptum dicit Augustinus Vnde inquit
e voluntatis. vnde vero est mutat ... ex
hiis est multa precepta sunt cum devotiori
quam se obligat ad consilia et in illis
negligenter etc. Nota quod in lege mo
saica fuerunt iudicialia cerimonialia
et moralia lex aut ewangelica iudicialia
temperat peccatum auffendo. siquis eva
cuat retinens virtutes exhibendo pre
cepta confirmat personam adiciendo et ad
dit aut etiam scilicet instructionem documento
rum promissionem premiorum perfectionem con
siliorum et dicit lex mosaica differre
ab ewangelica. quia illa figurarum. hec ve
ritatis. illa pene. hec gratie. illa litera
lis. hec spiritualis. illa occidens. hec
vivificans. illa timoris hec amoris
illa servitutis hec libertatis. illa hone
ris hec honoris. sanctus Thomas de veri
theo libro v° ca° lxxviii° Lectio Nona

Consilia xpi ewangelica sunt xii
Capitula. Primum est voluntaria
paupertas in abdicatione proprietatis con
sistens ut sapiat egenciam quam xpus
consulit Math xix° Si vis inquit per
fectus esse vade et vende omnia que
habes etc. Vnde Iohannes Monachus
sine obolo non valet obulum Se
cundum est obediencia coactiva de qua
luce ix° Math x° et xvi° Si quis vult
venire post me etc. sicut tamquam dixit etc.
Vnde Bernhardus perfecta obediencia legem
nescit terminis non arctatur non continetur
professionis angustia Tercium est delu
ctatione castitatis de qua Math xix°
Sunt eunuchi qui castraverunt se propter
regnum dei ad quod pertinet id Math v° Qui
viderit mulierem ad concupiscendum ubi osten
ditur quod non solum dampnabilis con
sensus ad opus mechie sed etiam ad
morose delectandum ex deliberatione
Omne namque malum oritur ex triplici
radice scilicet concupiscentia carnis concupi
scencia oculorum et superbia vite. secundum Ioh
ii° Predicta vero tria consilia per
fecte nos elongant ab hac radi
ce triplici Quartum est effectualis ret
ribucio adversantibus Quintum ad dilatorem
effectus sine affectus Vnde Math
v° Benefacite hiis qui oderunt etc.
Quintum est commitacium violenter
humilis paciencia De qua Math v°

Si quis te percusserit in dextram ma
xillam hoc sic intelligitur. patus
sis in obediencia sustinere pacienter
Et istud consilium est paciencie respe
ctu ablatorum rerum ut ibidem Et ei qui
tecum vult in iudicio contendere et tu
nicam tuam tollere etc. Pro quod con
venit repetere coram iudice fideli
et sic cum contencione aut scandalo a
cum civitate primum nulli licet secundum
licet infirmis et imperfectis. perfectis vero
non licet. Vnde non repetere consilium
est infirmis perfectis vero autem est pre
ceptum Sextum est prerogativa o
perum misericordie impletio De quo
luce vi° Omni petenti te tribue et
illud Si vis perfectus esse vade et
vende etc. vers. Vnde Augustinus Melius
est minus egere quam plus habere quod
autem dicit dominus Omnia quecunque
vultis ut faciant vobis homines
etc. hoc facite etc. Vnde si petemus
aliquam rem et non indigemus ne
valemus racionabiliter dari nobis
Septimum est verborum aut iuramenti
compescencia De qua Math xv°
De omni verbo ocioso quod loquti
fuerint homines etc. Et Math v° Di
co aut vobis non iurare omnino etc.
cuius sensus est Si affirmacio vel
negacio fit in ore. fit etiam in
corde Quare quintum ad perfectionem
pertinet consilium est prohibitum cum do
minus iurare per creaturam scilicet per celu
terram vel capillum propter ydolatriam
ne scilicet credamus aliquid numinis esse
in illis Octavum est occasionis pec
candi precisio ut sunt acta
consiliarius vel socius ad insolenci
am inductus ut Math xviii° Si
oculus tuus fuerit pes vel manus
scandalizat abscide te erue eum etc. Nul
lum tamen membrum ad literam Octavum pre
cipitur secundum Augustinum ibidem sed oc
casio peccandi Nonum est operationis
moderacio ne ex defectu simplicis
intencionis incidamus in ypocrisim
De qua Math v° Attendite ne
iusticiam vestram faciatis coram etc.
illud Nesciat sinistra tua quid
faciat dextra etc. De hiis quidem
convenit conspicue fines duos scilicet te

poglem et etiam Sed etiam est finis
ultimus hoc bonum licet Actio autem
spiritualis ut predicatio non potest referri
ad finem temporalem ita etiam quod id
quale referatur ad deum quia non
sunt mala facienda ut veniant que
sunt bona Ro 3o Et hoc est quod
dicit Aug in de simonia deinde
dicitur Non debemus Ewangelisare
ut manducemus sed manducare ut
Ewangelisemus Nephas est igitur
predicare pro temporalibus Decimum
est ex parte conformitatis operis ad
simonem De qua Math xxiiio dicitur
Pharisei dicunt et non faciunt
ideo consulit Xpus ypocrite trabem
primo eice de oculo suo Undecimum
est amotio secularis sollicitudinis
suffocantis verbum dei De qua Math
vio Nolite solliciti esse dicentes
quid manducabimus De sollicitudi
dine vero suis locis Duodecimum
est fraterna correptio De qua Math
xviiio Si peccaverit in te frater tuus
Nota quod correptio fraterna quandoque
est consilium ut quando corripitur super
venialibus quandoque preceptum ut corri
pere de mortalibus et iste secundus mo
dus ad omnes pertinet et obligat semper
sed non ad semper quia pro loco et tempore
quando videtur ei correptio Et de tri
plici correptione nota suo loco
Omnia enim ista duodecim consimi
lia in forma sua propria non habe
bunt effectum in patria sed in fructu
et sensu secundario observabuntur
sicut manna eterna sed in via ad
terram sunt salubria hoc summa theo
de veritate Theologice li vo co lxxo
Item quatuor concilia scilicet Nicenum
Constantinopolitanum Effesinum Cal
cedonense sunt quasi Ewangelia observanda
ut patet dis xva Eadem de aliis con
ciliis non xvia dis ca o v a plus
v dom tra contra **Litera Prima**

Constancia quatuor pertinet pri
mi stabilitas in hiis que sunt
fidei 1 Cor ultimo Vigilate state in
fide Secundum est equitas sive equa
nimitas in utraque fortuna 1 Re
gum xiiio Sit enim dominus meus
rex sicut angelus dei ut nec bene

dictionibus nec maledictionibus moveatur
Tercium est stabilitas loci que multum
facit ad stabilitatem animi Gregorius
Non prodest locus si desit spiritus Et
sequitur Non crescit planta que
sepe transfertur Eccli xio Confide
in deo et mane in loco tuo facile
enim est in oculis domini subito ho
nestare pauperem Quartum est fir
mitas contra ventos temptationum
de qua comedat Jo Beatus luce vio
Quid existis in desertum videre
etc Eccli vo Non ventiles te in omnem
ventum Contrarie contraria sunt
quinque Primum stulticia Eccli xxxviio
Stultus ut luna mutatur Secundum est
peccatum Gen iiiio Dictum est ad cayn
vagus et profugus eris Ysa lviio
Cor impii quasi mare fervens quod
quiescere non potest Tercium est impacien
cia Boetius Quis est ille tam fe
lix qui cum dedit impacienciam manus
statum suum mutare non oporteat Quar
tum est defectus timoris Ysidorus Ubi
timor non est ibi dissolucio quia
ubi timor ibi stabilitas Greg
Anchora mentis est pondus timo
ris Quintum est duplicitas animi
Jacobi 1o Viri duplex est animus in
constans est in omnibus viis suis Vir
duplex animo est qui hic vult gau
dere cum mundo et in futuro cum deo
contra quem nemo potest duobus domi
nis Math vio Jeronimus Difficile
ymmo impossibile est ut presentibus quod
et futuris fruatur ut de deliciis quis
transeat ad delicias ut in celo
et in terra appareat gloriosus Consta
cia platonis patet vi a q 1 Non opus
et xiia co sequenti **Litera Prima**

Consuetudo est ius quoddam
moribus constitutum que pro
lege suscipitur cum deficit lex
non defert an scripta racione
consistat hoc dis 1 Consuetudo
Consuetudo prisca ex diuturnitate
temporis non leviget cum sed aug
xxiiia q 1 cao Scisma Con
suetudo mala non minus quam per
niciosa corruptela est abicienda
et vitanda quia nisi cuius ra
dicitus evellatur in privilegiorum ius

ab impiis assumitur Hostiensis distinctio
viii capitulo Mala consuetudo xiii Cōmu
talia xxvi q. iii lex Item in eccl
multa sacrilegia sicut aspersio aque
ad orientem adoratio fontis benedicte
et huiusmodi consuetudine magis quam
scripto sunt roborata Hostiensis Augustinus et habe
tur xi dis. ecclesiasticarum Idem ibidem Con
suetudinem laudamus que nil contra
catholicam fidem usurpare demonstratur

Consuetudi littera Secunda
nem pravam corrigere solet
recta opinio et prava opinio rectam
condempnare nam ait Hostiensis Augustinus de doctri
na christiana Item Cris. super Math. o
melia xlv^a Moles imposita se
pulchro ipsa est vis dira consuetu
dinis qua premitur anima nec resur
gere nec respirare permittitur Dictum est
autem quatriduanus et venerat ad istam
consuetudinem de qua loquor quasi processu
venit anima prima est contitulatio
dilectationis in corde secunda consensio tercia
factum quarta consuetudo Item
Greg. li. xi^o mor. Sepe nonnulli
a pravis actibus exire cupiunt sed
quia eorundem actuum pondere premuntur
in media consuetudine carcere mali
si a semetipsis exire non possunt Bernh.
super Cantica Absida ferro acuto
primitus volnus inveterate consue
tudinis Tullius Si est acribus dolor
levatur unguento dulcedinis litte

Consuetudo mala ra tercia
antiquitus originata est cum
discretione resecanda unde Levitici
xviii^o Custodite mandata mea etc.
Ezech. xx^o Ponite veterem hominem
etc. psalmus In preceptis patrum vestrorum
nolite incedere etc. Item Ephes. iiii^o
Deponite veterem hominem psalmus Ne
fiant sicut patres eorum generatio pra
va etc. Item Ambr. li. ii^o de vi
duis Nova omnia que Christus non
docuit iure dampnanda quia fideli
bus via est Christus Item Greg. dis.
viii^a Si consuetudinem fortassis
apponas advertendum est quod do
minus dicit Ego sum veritas et non
dixit ego sum consuetudo Item Ci
prianus dis. viii^a in fine Si solus
Christus audiendus est non debemus atte

dere quid aliquis ante nos faciendum
esse putavit sed quid qui ante nos
est prior Christus fecerit neque hominis con
suetudinem sequi oportet sed dei veritatem
Item Gregorius episcopo Amthoteno et l
q. i Cum Paulus dicat Assumendum
tamen nemo aliud etc. consequenter
probatur quod ubi Christus non est funda
mentum nullius boni operis est super
edificium Item Ysid. et xi q. iii^a Si
quis prohibens quod a domino preceptum
est et rursus imperat fieri quod do
minus prohibet Si preter voluntatem dei
vel preter quod in sacris scripturis e
vident preciptur vel dicit aliquid
vel imperat tamquam falsus testis
dei aut sacrilegus habeatur Item
consuetudo dis. xi Usus auctoritati
cedat pravum usum et lex et ratio
vincat Item Augustinus li. de bapti
smo parvulorum et dis. viii^a capitulo Item
contempta dicit Cum dominus dixit
in ewangelio Ego sum veritas et non di
xit ego sum consuetudo Sequitur
Petrus qui circumcidebat cessit Pau
lo veritatem predicanti igitur cum
Christus veritas sit magis veritatem
quam consuetudinem sequi debemus
quia consuetudinem ratio et veritas semper
excludunt Hostiensis Augustinus ibidem littera

Consuetudo insigniunte Oc"ta
ho semper id inquirit unde alius
gaudere solet Hostiensis Augustinus de verbis domini
sermone xxii^o Item Augustinus ibidem ser
mone sexto Si pravitatem huius inbeat
quod non debes facere contempne time
do pravitatem Item Augustinus de verbis domini
sermone xliii^o Item aut faciendo
quod malum est sunt defensores
malorum factorum suorum irascuntur
cum reprehenduntur unde ut Sode
mite quondam dicentes viro iusto re
prehendenti nequissimam volunta
tem habitare venisti non legem
ponere Tanta igitur reprehendere turpi
pitudinis consuetudo erat ut iam
nequicia esset iusticia et prohibitor
potius reprehenderetur quam factor
Item quod pravam consuetudinem non est aliud
per sacris exigendum nec ante nec
post acceptandum i q. 3 Si quis
prebendas littera Prima

Contemplacio siue contemplan-
Qua vita intrare pnt ad cele-
stem patriam q bona q pnt si ne-
gligunt bona opa q pnt Gre
g sup Ezech omelia iiiª Item
Noli nimis insiste oculis contempla-
cionis quia melior va sit predica-
cionis Nam et si Rachel formo-
sior lia tn est fecundior Bnh
sup Cantica smone xv Tria sunt
q oculum intelligencie confundit atq
a contemplacione vei luminis excludit
scz tenebre peccatorum recordacio eo-
rundem et tria terrenorum actuum occu-
pacio contra triplicem morbum triplex
remedium est Nam primo eia per
confessionem secundo per oracionem tercio
per quietem Bnh de considera-
cione ad eugenium Item vtilius est
per simplicem accionem ire ad vitam
eternam quam per contemplacionem erro-
rem mitti in iehennam Multos
enim de carnalibus sua gra visi-
tat ad contemplacionis fastidium
eleuat multos quoque a contemplacione
iusto iudicio deserit et lapsos in ter-
renis opibus derelinquit Loth enim
in prusa ciuitate iustus fuit et in
monte peccat Isidorus lio iiiº de
Summo bono Item primo anima debet
colligere seipsam a terrenis secundo in-
telligere seipsam et tercio contempla-
ri deum Greg sup Ezech omelia
xviiª Item contemplatiui debent cauere
a consideracione terrenorum et in humilitate
perseuerare ibidem Item omnes fideles
nimirum eciam habent graciam contempla-
cionis Greg ibidem Item Bern-
hardus dicit Est monachi tonsis o-
uibus comparantur quia vere tonsi
sunt cum quibus nec corda nec corpora
nec aliquid inuidam in proprietate
relictum est Si sic tonsus fueris
relinquendo scz omnia habes in
ciuitate potius expeditus cum Ma-
thathia in monte vite contempla-
cionis celsitudinem scande Linco-
niensis Dicti 122 Alia Secunda
Contemplatiua vita est conte-
platur deum in se et regitur
dono sapiencie contemplari deum
in creaturis et regitur per donum
intellectus Actiua aut vita est in de-
clinando a malo et hoc vel fugiendo
malum quod fit per donum timoris
aut malo resistendo et hoc vel for-
titer agat ad quod datur donum for-
titudinis vel vt in agendo debite
regatur ad quod datur donum con-
silii aut est actiua in faciendo bo-
num et hoc vt exerceatur in opere bo-
no datur donum pietatis aut vt
in agendo debite regatur datur
donum sciencie quadam postilla in
Contempla Littera Tercia
tiua vita nunc non actiua nil
aliud videtur nisi istarum vitarum
comisacio practice operantis propter
bonum corporis hic in via vita con-
templatiua est intellectualiter ope-
rantis propter bonum patrie perfecte cor-
porum accidentaliter perposita hic in via
Ex quibus quod omnis vita actiua est
propter vitam contemplatiuam finaliter
non econtra econtra Et patet quia laus
quia ordinata predicacio Comagere te
comestio ac eius ambulacio et cum
hoc corporalis laboracio est porcio vi-
te contemplatiue cum sit propter bonum
patrie et non finaliter propter bonum cor-
porum hic in via Oppositum loquen-
te iusta ma nocte que quidam
viuunt vt comedant et quidam co-
medunt vt viuant Isti enim carna-
les quorum deus venter est viuunt
vt comedant qui principaliter
intendunt comisacionem volupta-
tem brutalem quam beatitudinem
eternalem et consimiliter omnis actiue
laborant finaliter propter bonum patrie
tamen finis suus immediatus est bonum
corporum tamen in via nec intendit
pure contemplatiuus super gradum
aliquo istum finem sed capit ipsum
vt adiacens contemptibile non vt
finem sed capit ipsum et sic ac-
cipit videtur ea fide quod vita
contemplatiua sit melior quam acti-
ua doctor Eungelicus sup Euan-
gelia dominicalia sermone xiiº Littera
Contencio mala est Quarta
Prima secundum Luce xiiiº Con-
tendite intrare per angustam por-
tam quia dico multi querunt in-

re ⁊ no potuerit Grā pugnatiu
Co^or^ ix^o Omnis qui in acone ɋtēdit
⁊c Et illi quidē corruptibilē coronā
accipiat ⁊c Tria superbor̄ phisip
m^o Nil p ɋtemptionē sed in humilita
te et narra adnotator̄ chtū v^o luc
vo Cū ii vult cū in iudicio contendē
⁊c vt sup^a vbi consilium Lra m Cui
ta littigiose disputaciū Cor^or^ xi^o Si
quis videtur eē ɋtenciosus nos ta
lem vsum ⁊c Et Thimo ii^o Noli vis
ɋtendē ⁊c Ad Titum iii^o Stultas aūt
questiones genelogi ⁊ ɋtenc ⁊c pūr
20 Honor ē homi qui sepat se ⁊c
pū^or^ xiii^o Inter superbos sp̄ iurgia
Ambro Collacio int^r seruos di esse
debz no altricacio pū^or^ xxix^o Sa
piens si cum stulto contendēt Lit
Contencio int^r tera Prima
x̄anos magna ē abusio vn
Augꝰ vii^o abusionū sit dicat Cri
stianus ɋtenciosus q'uum pticipa
conē nomīs xpi p fidem ⁊ baptismū
suscipit ⁊ contra xpi dicta ⁊ pom
mundi caduca ⁊ delectamēta diligit
maximo abusionis gradu confundi^r
quia x̄anus qui x̄ nomīs similit^r
tenet mor̄ ɋ eius similitudinē
habē debz Cristianus g^o nemo
recte dicit^r nisi qui xpi moribꝫ
coequat^r De xpo vo' p pphetā
sic scribit^r Ecce filius meus quē
elegi Electus meus cōplac ⁊c Ecce
xpus non contendit sic ⁊ tu si
mor̄ xpi similitudinē retinere
cupis ne contendas ne abusiuus
in ecca existas sicut enī sectatori
bus xpus pcepit Nolite vocari
Rabi vnus enī est ⁊c ffrustra i
gitur ɋtendit preciū habē in tra
qui preciū ⁊ patriam pfitetur ha
bē in celo cuius patrie possessor
nemo efficit nisi qui de terrene pa
trie ɋtencionē securꝰ habe^r ⁊c Ergo
ille istum abusū caueant plati
qui ambiciōnē honores paciores su
per pplm eleuare no desistunt q^a
modicus error in xpo duce tam i
insecraudit ɋtinuatē ducit ad
chartarum littera Prima
Contricio ē dolor voluntarie
assumptꝰ p pctis cum pposito
satisfaciendi ⁊ confitendi Hec est
diffinicio moralis ponit^r ibi do
lor p gnē voluntarie asumptus
ponitur ad differentiam dolor̄ natura
lium qui no ē meritorius cū no sit
in gnē morum Sꝫ voluntas ponit
eum in gnē morali pro pctis po
nitur pro materia dolor̄ ad diffe
renciam dolor̄ unde qui ē de
bono alieno Sic igitur diffinitur
ɋtricio put ē actus virtutis Sꝫ put
ē pars sacramenti penitencie opꝫ
q aliquid in no comparacionē ad aliās
⁊ ptes addetur ideo ponitur Cum p
posito confitendi ⁊ satisfaciendi Co
tri aut dicit^r qm voluntas pfecte
ad effectū pcti resiluit In contri
cione duplex ē dolor vnus ē vo
luntatis q' no ē aliud qm pcti displi
cencia Alius ē insensibilitatis p
mus ē de essencia contriōis ⁊ de hc
dolore intelligit^r illud Jerēmie luctū
vnigeniti fac tibi ⁊c quia hc racō
ne debz magis velle sēz miciūm p^c
casse qm vnigenito vnic Secundus
dolor no requirit^r de ɋtricionis neā
tate Sꝫ de pfectionē quia talis dolor
non est in nra ptate Sꝫ Thomas
de v' theo^c li^o vi^o ca^o xxii^o litte
Contricio pt tm̄ intēra Scdi
di q no solum culpa Sꝫ etiā
pena dimitti^r Hc aut pt fieri dupl^r
vnomodo ex pte caritatis que displi
cenciam pcti causat quia sic quē
nit tantam caritatem incendi q ɋ
tricio inde sequens merebit^r absolu
cionē ab omni pena Aliomodo fit
ex pte dolor̄ sensibilis quez vo
luntas in contricionē excitat quia
ille dolor quedam pena ē ⁊ intm
pt incendi q contricio ⁊ attricio suf
ficit ad delecionē culpe ⁊ pene Di
ffērcia ē int^r attricionē ⁊ contricioē
sicut int^r informe ⁊ informatum
sedm quod dicit^r de fide informi
⁊ formata Verum aut attricio fit
contricio distinguendū ē q contricio
ē cum gra tricio Hc aut pt esse
dupl^r Vno^o p concomitanciā qr g
ra assocat motu existenti in a
nima ⁊ illū informat quamuis non
eliciat ab ea Alio^o p grām ita

ita q motus a gra eliciatur p
mo modo attrio fit contrio quia
actus simplex manes in anima for
megatur aduemente gracia sicut
color aduemente luce Sed modo i
possibile q attrio fit contrio Lra C

cia

Contrione libata debite
quirit quandiu quis dolere
debeat de pcto Ad quod rndens
hugo de sco victore dicit Deus qn
absoluit hominem a pcti vinculo
ligat eum vinclo detestacois pe
tue Sz detestaco pcti ppetua est
dupx quedam e in habitu ad qua
sp tene homo · z pq pcti pfectam
remissionem De qua dicit augs lo
quens de penitente sp doleat Alia
e detestacio in actu ad hanc homo
non semp tene Sciendum q bti
z dampnati z hij q sunt in purga
torio no hnt contricom pre huius e
h racio · quia in gtrione pre sumpta
tria sunt sz gra dolor z effectus
inti satisffacientis In btis autez
non est dolor In dampnatis vo
no e gra In purgatorio no meret
S Thomas de v theo lio vjo
cao xxvo Contrio vera exemplata
e in sacra sciptura Unde Ruth j Ne
mi vocate me mara hc est ama
ram qz amaritudine repleuit me om
potens ps xxjo Effactum e cor me
um tamqm cera zc ps lo Sacrifi
cium deo spus zc Ysaye 66 Ad
quem respiciam nisi ad pauperlm
zc Johel ijo Scindite corda vra
z no vestimenta vra zc Item Gre
gorius viijo mor Alia e compunctio
sive contrio q p amorem nascitur
alia e que p timorem quia a
ud e supplicia fuge aliud pmia
desidare Item Cris omelia de
compunctione cordis Sola e compu
ncio que facit horrescere purpuraz
desidare ciliciu amare lacrimas fu
gere risum Idem ibidem Contrio e
humilitati cordis vera compunctio
magna age · z humilia loqui iuste
opari ac sup peccatores time ac tre
mere Item hugo Contrio e compunctio
anime cum lacrimis oriens eu recor
datione pcti z timore iudicij Sz ille

Littera prima

Conuersacio scta
confirmat mutam edificat proxim
glorificat dm S augs lio ijo Solilo
quiorum Item Jeronimus in epla falsus
rumor cito opprimitur z vita postea
iudicat de sco Raro inuenies qui
ita reprehensibilem vitam exhibere
velint vt non reprehendant alienaz
Item Cris lio iijo de vestigijs pho
rum plus Sic int hostes viuendo
censuit tamqm int amicos ac si in
medijs hostibus vineret Item Greg
lio mor sup illud Job jo Vir erat
in tra hus zc No valde laudabile
e bonum esse cum bonis sz bonum
ee cum malis sicut enim grauioris
culpe e int bonos bonu no esse
ita immensi e pconij bonu etiaz int
malos extitisse Sz ille lra prima

Conuisio pcto cum no inueni
sset columba vbi requiesceret
pes eius reuersa e ad Noe in archa
extendit qz manu z apphendit eam
Gen viijo Item ij Regum xiiijo No
vult deus pire aiam sz retractetet
cogitans ne peat quia abiectus
e Thobie iijo Si quis in corrupco
ne pcti fuit ad miam l venie li
celut no delitaris in pdicionibus no
stris Ysa xlixo Si mlr obliuisci
poterit infantez vtri sui ego no obli
uiscar tui Jerem iijo Tu fornica
ta es cum amatoribus multis zc Je
mie xxxjo In caritate ppetua dile
xi te ideo attraxi te miserans Ezech
xviijo Si impius egerit penitam fa
ciens iusticiaz z miam zc Ezech
33 Nolo mortem impij zc luc vijo
Non habentibus illis vnde redde
rent donauit vtrisqz zc luc xvo
Cum adhuc longe esset videns eu
pr eius zc Joh viijo Vade z am
plius noli peccare J Thimo ijo Ille
fidelis p viam zc Conuisio fe
stina laudabilis e · plongata vero
periculosa Unde amb de elemo
sina z ieiunio Si autem e offraz
non in dicis · cras tibi veniam
sz iam exigis nemo differt ne
mo excusat · redempcio aut pro
mittitur z nemo festinat Iero
nimus in epla ad letam Magnaz

est sera confessio quia sic latro in cruce ad paradisum transiit Greg. omelia
xxxiiii de ove et dragma perdita de peccatore converso
quam de iusto stante gaudium fit in
celo quia dux in prelio plus mili
tem diligit qui post fugam conversus
hostem fortiter premit quam illum qui
nunquam terga prebuit et nunquam aliquid
fortiter fecit Sic agricola plus terram
amat que post spinas uberes
fruges profert quam eam que
nunquam spinas habuit et nunquam ferti
lem messem produxit Hec ille li. 1º de
summo bono capitulo xº vicia cum con
versi quasi pacem in homine ha
bent cum autem expelluntur contra eum
virtute consurgunt etc. hec ille etc.

Conversionis littera secunda

Conversio graciosa perseverans consummata
de abiectissimo peccatore sit quantumque me
lior quia a fine viacionis si
ne laudabili sive vituperabili lau
dacionis vite vel vituperium oportet me
surari Sic enim secundum philosophos motus
nominatur a termino ad quem licet to
tus motus medius sit in termino a que
no ut quando transitur ad albedinem
denominacione finali vocatur albescere
licet tota denominacio sit nigredo.
sic de vita viantis si in fine sit
conversus ad deum in beatitudine perpetua
salvabitur licet tota viacio media
sit perversa oportet tamen moderare spem in
fide ita ne propter confidenciam huius si
dei viator ad convertendum sic sit se
curus quia raro vel nunquam contingit
quod viator sit extra caritatem fere usque
ad mortem et in agens ea faciat
bonum finem Dicitur enim raro vel
nunquam contingit quod fere usque ad mor
tem continuans in vita laudabili fi
niet mala morte medium quidem ad
finem mutat Ideo si vis habere fi
nem perseverancie virtutis excita te
longe prius in vita et operibus carita
tis sic enim homo potest mereri bea
titudinem vel demereri dampnacionem
sic potest propinquius mereri vel demere
ri tem finem Debes igitur notare
quod difficultaris ex mala consue
tudine et diligentis cave ut impossi
bilitatis ex mala consuetudine a

tiqua Et doctor Eius super isto te
xtu Eius sedente ihesu in monte
oliveti etc. littera prima

Convivium dona gracie fecit
Christus spiritualis convivatur in te
mpore quo pavit quinque milia ho
minum discumbencium super fenum quod
celebratum est in quinque panibus or
deaceis et duobus piscibus superfue
runt que duodecim cophini fragmen
torum De quo Mathei xiiiiº Marci
viº Luce ixº Johannis viº Pastus autem
iste secundum Augustinum super Io. sermone
xxiiiiº Signat pastum spiritualem quo
Christus pavit patres veteris testamen
ti quinque enim panes signant pentate
ucum qui bene dicuntur ordeacei quia diu
graves et aspei ut lex vetus et si
cut medulla tegitur in multiplicia
involucro palearum Sic sensus legis
vestitur multitudine carnalium figurarum
puer portans habuit cibum signat
populum israhelitarum qui sensum pueri
lem portabat hos libros non sapiens
in quorum littera portabat populus ille
valde carnales erat tenentes secundum
apostolum ii Cor. 3º Duo autem pisces
signant duas personas unitas scilicet
sacerdotem et regem quibus populus in
structus et regulatus erat quinque vero
milia signat populum iudeorum super
flua fragmenta vero sunt subtilitates
sententie quas populus non sufficit ma
ducare spiritualiter scilicet apostoli et eorum vi
carii debent ea colligere et ad po
steros fructuare ne sensus eis datus
pereat Secundum convivium Christi sunt qua
tuor milia hominum de septem piscibus pani
bus et piscibus paucis superfuerunt
septem sporte De quo Mathei xvº
Marci viiiº Hoc convivium signat spi
ritualem pastum modernorum fidelium legis
nove Septem itaque panes non limi
tati ad ordinem signare possunt se
ptem libros in septem donis spiritus
sancti constitutis legem novam
scilicet quatuor ewangelia libros histo
riales, libros prophetales, libros
sapienciales historia patet in acti
bus apostolorum prophecia in apocalipsi et sa
piencia in libris epistole pauli et
septem epistole canonice quarum vero apostolo

rum quod intelligimus ut unum libri
Panes isti sunt dulces ex grano
frumenti compositi. Pisciculi vero
pauci. pusillum gregem. De quo
luce xii° Centum canit edulium ad
preliorum cum dixit panibus intendum
quatuor milia hominum signat po
pulum christianum Septem sporte designant
universitatem postillam sup hoc un
panes Cena vero convivii vel cena
pergrinum non fecit aliam hic in via
fuit celebratum die pasce ante
parasceven passionis De quo lu
ce xxii° In hac vero cena mad
notatur numerus panum vel piscium
Sed de pane et vino cum agno pa
scali celebratur xii discipulis con
vivium quorum instituebatur eucaristie sa
cramentum Hec autem cena signat
pastum ecclesie triumphantis ad quam
multi sunt vocati. pauci vero electi
quia solum duodecim tribus israel
hoc est christi Cristus enim est panis vi
te. vitis vera. agnus sine macula
in quo omnes sancti qui sunt domesti
ci fidei flor. baptiste saciantur et fit
ibi summum miraculum in illo super
fluo remanente et ut non forent
in cena unum instar iude qui ut
dicit augustinus sermone lxx° venit ad
convivium explorator pastorum insidia
tor salvatoris. venditur redemptor
De qua licet petrus prophetat Cor
exercitatum habentes avaricie qui
plus temporalia sicuit quam eterna Hec
doctor Ewangeliorum sup mandato de
cimo plus vel panis Littera ii^a

Convivia quod littera Secunda
ex intencione impendede cari
tatis fiunt recte vera fraternitas
in suis epistolis laudat Sed timen
sciendum est quod tunc ex caritate
creantur procedit cum in eis absen
tium nulla vita mordetur neque
ex irrisione reprehenditur. nec in
eis manent sclarum negociatorum
fabule sed verba sacre leccionis au
diuntur. cui nec plus quam necesse est
sumitur corpori. sed sola eius infirmi
tas reficitur ut ad usum exer
cende virtutis habeatur Hec itaque
si vos in vestris conviviis agitis

abstinenciam fateor, nigri estis Hec
Greg. natali epo et distinctione xl
iiii^a Item quia solent crebro mensis
ociose fabule interponi in omni sacer
convivio lectio divinarum scripturarum misceatur
per hoc enim et anime edificantur ad
bonum et fabule necesse non prohiben
tur Hec distinctione xliiii^a cap. pro reve
rencia Item Cum inadvertat de
spirituali convivio Ubi deus quinque bona
consequuntur Primo impletur spiritu
sancto delectabitur sensu Tercio nutri
tur in virtute Quarto pinguescit
in fide Quinto sit ingrediens intro
ra voluntatis dei permanens in eis
acquirit sibi vitam eciam et qui
elongat se ab isto convivio cadit
in miseria Hec Criss. omelia 36

Convivia littera Tercia
peccatorum a christianis sunt vitan
da Unde proverbiorum xxiii° Noli esse
in conviviis peccatorum et cetera quia vacan
tes potibus et dantes simbola con
